SYNTAGMATΩN
LINGVARVM ORIENTALIVM
QVÆ IN GEORGIÆ REGIONIBVS AVDIVNTVR

LIBER SECVNDVS
COMPLECTENS ARABVM ET TVRCARVM ORTHOGRAPHIAM

AC

TVRCICAE LINQVAE INSTITVTIONES

AVTHORE

D. FRANCISCO-MARIA MAGGIO,

CLERICO REGVLARI PANORMITANO.



BIBLIOTECA NAZIONALE "VITTORIO EMANUELE III" NAPOLI

ROMÆ,
Ex Typographia Sacræ Congregationis de Propaganda Fide.

M DC LXX.

SVPERIORVM PERMISSV.

REVERENDISSIMO PATRI

D. STEPHANO MEDICES

Congregationis Clericorum Regularium

PRÆPOSITO GENERALI

D. Franciſcus—Maria Maggio Clericus Regularis F.

ERGO abeo Reuerendiſſime Pater, Romæ annum integrum commoratus: quo vt S. Congregationis nutui faceres ſatis, me iterum atque iterum aduocaſti: nunc verò ijs Gentilium meorum precibus vrgeor; tuque adeò noſtratium vehementi ſuaſione pulſaris, vt Sac. Congr. venia cogitaueris, me Meis demum reſtituendum. Enim verò Deus fauet conſilijs tuis: quippè eædem ſunt Equitum Hieroſolymitanorum triremes, quæ me præterito anno, à Siciliæ oris aduexerant; vt in patria litora, vt ſpero, breui iterum velificatione reducar. At linguarum iſthæc Orientalium Syntagmata ſiſtere cogor: ea enim anguſtia temporis vrget, vt aut proſequi, aut abſoluere non ſufficiam: etenim quot mihi de eis tractatuli & opuſcula cudenda typis ſuperſint, tute vides in aduerſarijs meis. Verùm me intermiſſionis huiuſmodi non pigebit: præſertim quum hìc Romę è Noſtris futurum audio; qui Armeniæ rudimenta, eidem prælo ſubijciet. Ego ſi interim excuſa iſthæc ab Apoſtolicis viris, vt ominor, grato animo excipientur; ſi eorum gremio longè gentium tranſuecta, in Dei gloriam cedere deprehendam, redire denuò Romam, & reliqua ad lucem promere non grauabor. Dabo interim operam, vt quod morale & theologicum opus meditor, ita breuì perficiam, quò Apoſtolicis viris ſit ſatis, vt in quibuſuis difficultatibus, atque hæſitationibus inſtruantur. Mox verò Siculis typis, hiſtorica illa opuſcula, & aſceticas exercitationes excudam; quas pluries vt luci darem, humaniter impuliſti. Equidem nihil in me firmiùs hæret, quàm vt calamo, & vitæ meæ ratione, illi omninò reſpondeam, cui vni in terris, æquè ac Deo in cœlis, morem gerere ſtudeo. Hoc profectò coëgit, vt quum priorem librum,

auguſtiſſimo Summi Pontificis nomini conſecrauerim; neminem præter te vnum amauerim, cui alteri, qua par eſt animi reuerentia, poſteriorem offerrem. Tu verò Reuerendiſſ. Pater, qualecunque hoc exile munus meum, ingenita tibi à natura benignitate ſuſcipias; & filioli tibi multis nominibus deditiſſimi, inſpicias voluntatem. Gaudeo Pater optime; & tibi etiam maximopere gratulor; quòd doctrinæ & virtutis præſtantia, generis ſplendore, ſuauitate morum, altitudine ſolertis ingenij, conſilio, vſu rerum, gubernandi peritia inclytus; ſemel etiam atque iterum ſuprema iſta dignitate donatus, ea vitæ integritate, rerum gerendarum prudentia, Religionis zelo, omnium votis atque expectationi reſponderis, vt ſumma laude, & celebritatis fama, ſemper abſolueris munus tuum. Neque te vnquam alius, è noſtratibus plures, in varias Orbis terræ oras, Viros Apoſtolicos allegauit; vt proinde tibi opellam hanc, pro eorundem hominum ope conſcriptam, non immeritò deſtinauerim. Ergo æqui boni conſule mentem meam, & dum tuis genibus aduolutus, amantiſſimi Patris benedictionem expoſco, mihi benè precatus, ita tuis auſpicijs faueas, vt in DEI vnius gloriam aſſequendam, virtutum tuarum veſtigijs inhæreſcam. Vale Reuerendiſſ. Pater, votis annue, & bono omnium noſtrum, vltra penſum feliciter viue.

AVTHORIS ADMONITIO AD
LECTOREM.

Candide Lector, dum Meſſanæ grauiora opera moliebar quæ mihi per epiſtolas demandauerat, Eminentiſſ. atque Excellentiſſ. Dominus meus Card. Antonius Barberinus, Sacræ Cong nutu, meorumq; moderatorum imperio, huc Romam traÿcere iuſſus ſum; imò vt iſthæc ſcriberem, & luci exponerem, coactus. Ego quidem diu abnui, & omnium eorum Procerum rogatu, Mamertini Patres, quò ſiſterem, flagitabant. Veni, & parui tamen: atque omnium ſuada & prece, hæc qua poteram celeritate, citiùs quàm gradatim complebam. Quapropter plurima paragrammata, & menda, tàm Latinis, quàm Turcicis, & Arabicis characteribus ſubrexere: quum nec mihi licuerit, vt ſolertiori vigilia, & ſolicitudine Typographos admonerem; qui quidem peregrinæ linguæ rudes, quid excuderent, aut prælo ſubÿcerent, ignorabant. Imò quod acerbius fero, apicibus punctiſque corroſis, malè iunctæ, vitiatæque formulæ, præſertim in Hebraicis, & Syriacis elementis, ſatyræ, ac malè feriatis hominibus, anſam præbent detractionis; qui vt quidam dolet, ſi menda in cortice adnotarint, totam arborem execrantur. Puncta quæ ibi plurima deſunt, naui Typographi calamo at certè addere ſpoponderunt. Faxit Deus vt mihi fidem ſeruent, atque inſtar autographi omnia ſuo labore perficiant! Ego hinc diſcedere, & redire iterum in Siciliam ſtatui: vt quum diù barbaros impioſque homines iuuare, cum vitæ meæ diſcrimine ſategiſſem; mox in re vrgentiſſima, ipſe meis Gentilibus non deeſſem. Ergo ex inſperato iſthæc ſiſtere, atque abire coactus, nonnulla relinquam, quæ ad poſteriorem partem abſoluendam, vtcunque ſufficiant. Poſtremam, quam adÿcere cogitabam: ſupremam, cui recens impoſueram manum; ſeorſum quum Deus annuerit, luci dabo. Interim Lector grato animo, hæc pauca ſuſcipias. Habes quæ ad Turcarum Grammaticen ſpectant, breui quidem ſed, vt reor, accurata tractatione diſpoſita. De Turcarum atque alia-

¶ 2 rum

rum Gentium metris, libellum integrum habeo, cum alijs excudendum. Equidem ſcio Turcica rudimenta typis mandanda à Petro della-valle, Patricio Romano, Viro doctiſſimo; quem primum in hac re Inſtitutorem, me habuiſſe profiteor: ſed etiam ſcripſit de ijs P. D. Iacobus Stephanius Cler. Reg. breuem libellum, quem pluries à ſe recognitum, adeò expoliuit, & auxit, vt à varijs religioſis hominibus, ſumma omnium laude tranſcriptus, excurrerit Orientem. Scripſere adhuc Andreas du Ryer, & Ioannes Molinus, ille Francorum Regis, hic Venetæ Reipublicæ interpres; vterq; linguæ huius peritia exornatiſſimus. Ego verò qui alienam meſſem non meto; neque ſpecilegium tantum colligo, ſed etiam noualia ſero, quàm diſpari, & longè copioſiori methodo differam, tutè Lector videbis. Audio nunc Capuccinorum Patrem F. Bernardum &c. doctum quidem & amiciſſimum Virum de Turcico idiomate conſcribentem: ego quidem gaudeo; & gratulor. Atquì vt inter tot Authores egregios, P. D. Iacobus Stephanius, ſi non primas, certè aliquas neque immeritò teneat; qui primus omnium ſcripſit, mox quæ ipſius maxima humilitas fuit, omnium poſtremus, in lucem prodibit, à me Latinitate donatus, illuſtratus ſcholijs, atque annotationibus auctus. Vale Lector; mihi bene precare, & ſi quid hic laude dignum inueneris, totum JESV. MARIAE JOANNI, Amori meo, Matri meæ, Tutelari meo, acceptum referas velim: ſin verò quid non conſonum, & alienum repereris, mitè corrige; atque à meo calamo plura huius generis expectato.

Ty-

SYNTAGMATΩN LINGVARVM ORIENTALIVM

LIBER SECVNDVS

Complectens Turcicæ, atque Arabicæ Linguæ

INSTITVTIONES

Authore

D. FRANCISCO MARIA MAGGIO

Clerico Regulari, Panormitano, Linguarum Orientalium profeſſore.

PARS PRIMA.

De Turcica, atque Arabica Orthographia.

SCRIBVNT Turcæ à dextra ſiniſtram verſus; & totidem ferè literis vtuntur; ijſdemq; characteribus, quibus Arabes: & hæc prima linguæ ſuæ elementa habent conſonas & vocales, vt inferiùs oſtendemus. Literas autem inſtar Hebræorum, & Chaldæorum, omnes habent conſonantes, & mutas, vt ſubiecta ſyllabus indicabit.

CAPVT PRIMVM

Literarum.

Poteſtas	Appellatio	Figura		Ordo
א Hebræum	Aliph	أَلِفْ	ا	1
B	Be	بَ	ب	2
T	Te	تَ	ت	3

Poteſtas	Appellatio	Figura		Ordo
T blæſum	Thſe	ثے	ث	4
G Gallicum	Gim	جيم	ج	5
Hh	Hha	حا	ح	6
Chh	Chha	خا	خ	7
D	Dal	دال	د	8
D blæſum	Dhſal	ذال	ذ	9
R	Re	رے	ر	10
Z	Zein	زين	ز	11
S	Sin	سين	س	12
Sc	Scin	شين	ش	13
Sſ	Sſad	صاد	ص	14
Dzh	Dzhad	ضاد	ض	15
Tt	Tta	طا	ط	16
Dh	Dha	ظا	ظ	17
ע Hebræorum	Aain	عين	ع	18
G Latinum	Ghain	غين	غ	19
F vel Ph	Fe	فے	ف	20
Cq	Cqaph	قاف	ق	21
K	Kèph	كف	ك	22
L	Lam	لام	ل	23
M	Mim	ميم	م	24
N	Nun	نون	ن	25
H	H	ھ	ه	26
w Germanum	waw	واو	و	27

La

	Lamaliph	لَامْ أَلِف	لا	
I conſonans	Ie	يْ	ى	28

Literæ igitur ſunt vigintocto, nam penultima non eſt alia à relictis diſtincta, ſed prima ſimul cum vigeſima tertia, vt ex ipſiuſmet figura, & nomine patet. & hìc ordo congruit literarum figuris; ſiquidem ث ت ب corpore omninò ſimiles, ſolis punctis diſtinguuntur; quæ enim vnicum habet punctum inferius ب, eſt Be: quæ duo ſuperius ت, eſt Te; & quæ tria ث, Thſe. ſimiliter خ ح ج quæ punctum habet inferius, eſt Gim: quæ punctis caret, eſt Hha: & quæ punctum habet ſuperius, eſt Ghha. atque idem videre eſt in reliquis omnibus, corpore, ſiue forma ſimilibus, vt ſe habent د Dal, & ذ Dhſal: ر Re, & ز Zein: س Sin, & ش Scin: ص Sſad, & ض Dzhad: ط Tta, & ظ Dha: ع Aain, & غ Ghain: ف Fe, & ق Cqaph; & ſi ſunt aliæ ſimiles, quæ ſolis punctis diſcriminantur. Aduerſatur tamen ordo hic valori, ſeù numero, quem valent literæ, de quo ſuo loco dicemus: at etiam Africani, in Alphabeto literas collocant in hunc modum:

ا ب ت ث ج ح خ د ذ ر ز ط ظ ك ل م ن ص ض ع غ ڢ ڧ ڛ
ی لا و ه ڛ vbi animaduerte tranſponi poſt Cqaph ڛ Scin, & س Sin; cui etiam tria puncta ſubijciuntur: item literam Fe, vnico inſeriori puncto notari ڢ; Cqaph verò vnico pariter ſuperiori ڧ.

CAPVT SECVNDVM.

De ſono, & recta pronuntiatione literarum.

Aliph ا, vel Eliph vt dicunt, aſpiratio leniſſima, eadem eſt ac prima Hebræorum litera א quam אָלֶף Aleph vocant; quæ conſonans quum ſit, penes motiones (vt aiunt) varias ſuperadditas, cuiuſque Latinorum vocalis, æmulatur ſonum: ac proinde valorem earum omnium continere, veluti virtualiter dicitur; ſuperaddito tamen, aliquanto ampliùs vigoris, ac roboris; eſt enim, vt dicemus, vna earum, quæ ab Arabibus vocantur الحَلْقِيَّات & formatur in profunda gutturis parte. vnde quum habuerit motionem, Latino-

rum vocali A reſpondentem, dicetur A; quum verò vocalem habuerit ſimilem vocali E, ſonabit E; & ita I; O, & V, quum his vocalibus ſimiles habuerit motiones.

ب Be ſonat vt B Latinorum: verùm quandoque à Turcis huic literæ alia duo puncta ſubſcribuntur ſic پ & tunc effertur vt P, cum qua plerunque confunditur. Hæc dum profertur incipit à labiorum compreſſione.

ت Te vt ſimplex T Latinorum, quod lingua palatum pulſantes pronuntiamus.

ث Thſe lingua tangendo ſuperiores dentes, abſque tamen flatus emiſſione; ideoque blæſum dicimus; eſtque idem cum ϑ Græcorum.

ج Gim pronuntiatur in principio linguæ, & ea palati parte, quæ deſuper eſt; atque eundem ſonum ſemper edit, ac G Gallicum vt dictum eſt, aut G Latinum ſubſequentibus vocalibus E vel I; ita vt cum motionibus, ſeu vocalibus Latinorum A, O, V reſpondentibus, non ſit dicendum Ga, Go, Gu, ſed per modum vnius ſyllabæ proferendum eſt: Gia, Gio, Giu, huic etiam literæ alia duo puncta adduntur à Turcis ſic چ & tunc pronuntiabitur Cim; eritque idem cum C Latino E, vel I ſubſequentibus.

ح Hha ex profunda gutturis parte paulò vehementiùs ſonat quam H; ideò duplici hac aſpiratione Hh valorem eius expreſſimus.

خ Chha aſpiratio denſiſſima adhuc vehementiùs ſonat: formaturque paulò ſuperiùs in principio gutturis, vnde ad eius valorem aliquanto ampliùs explicandum his literis *Chh* vſi ſumus, reſpondetque ח Chheth Hebræorum.

د Dal vt D Latinorum. Sed ſciendum à Turcis ſæpè pronuntiari, vt ت Te teſchdidatum, hoc eſt reduplicatum, & grauem; præcipuè ſi vna iſtarum præceſſerit ب ت ث ج چ س ش ص ط ق ك quæ etiam ſua vi efficiunt vt ب Be پ Pe, & ج Gim چ Cim efferatur, vt ſuo loco docuimus.

ذ Dhſal in apice linguæ pronuntiamus tangentes dentes ſuperiores, eſtque D blæſum, quod nonnulli Dhal vocant, docentes aliquanto leniùs proferendum, nempe vt D, quum poſt ipſum immediatè ſequitur H.

ر Re in extremitate linguæ exprimimus, & ea parte quæ eſt parum infra truncos dentium anteriorum, vt ר Reſc Hebræum, & R Latinorum.

ز Zein, quod Zain & Ze dicunt, in fine linguæ inter dentes ſibilantes profertur, reſpondetque Zain Hebræorum. Si verò alijs duobus punctis inſigniatur ſic ژ ſonum edit mixtum ex ſonis literarum ج Gim, & چ Cim, in ſolis Perſicis dictionibus adhibendum.

س Sin cum tactu inferiorum, ac ſuperiorum dentium, & linguæ palato pronuntiatur vt שׂ Hebræum cum puncto in ſiniſtro latere.

ش Scin, quod alij Sijn, alij reddunt vt Ch Gallicum, denſiùs quàm Sin proferimus, retrahentes ſibilum intra dentes, reſpondetque שׁ Hebræorum cum puncto in dextero cornu: eſt enim S&C, quum ſequuntur vocales I & E, atque ſic ſonat cum quauis motione vt შ Ibericum.

ص Sſad profertur duplicando literas ſſ inter dentes, aliquando enim fortiùs quàm Sin, & vt ita dicam, paulùlum ſibilantiùs ſonat.

ض Dzhad, quod & Dad & Dhad ab alijs dicitur, vt bene aiunt ictu quodam extremitatis linguæ, ſuperiores gingiuas percutientis exprimitur; ſonuſque editur ex D, & Z mixtus, ſed valde confuſus, & temperatus: ita vt expreſsè nec ſonus D, nec Z audiatur; vnde addita eſt tertio loco H, qua ſibilans ſonus literæ Z, quodam modo lenitur.

ط Tta reddimus, lingua palatum concutientes, cum fragore inſtar coruorum vocis, reſpondetque ט Tteth Hebræorum.

ظ Dha, quod alij Thda, & Da dicunt, minori quidem ictu, quàm Dzhad, ſed maiori veluti ſtridore profertur. huic à Turcis alia duo puncta ſuperadduntur ſic ظ; & ferè ſonat clariùs, & denſiùs quam د Dal.

ع Aain, vel Aain in profunda parte gutturis formatur, magna faucium dilatatione, atque innixa extremitate linguæ interius, ſubtus inferiores dentes profertur, cum quodam gutturis fragore vt aiunt, inſtar vocis vituli, matrem vocantis, ſine narium adminiculo; reſpondetque literæ ע iuxta eum ſonum quo ab Hebræis Orientalibus tantùm pronuntiatur.

غ Ghain ſonat vt G Latinum cum vocalibus A, O, V; ita vt quem ſonum edit G cum E & I hunc reddat vniuerſaliter ج Gim vt ſuo loco monuimus; quem verò edit G cum reliquis, hunc غ Ghain vniuerſaliter cum omnibus motionibus formet, cum cooperatione tamen gutturis: nam hæc litera, vt dicemus, cum gutturalibus deputatur; & per hoc differt eius ſonus à ſono G Latinorum.

ف Fe, aut Phe, vel Pha vt alij malunt, valet F vt פ Hebræorum ſine dagheſc.

ق Cqaph, aut Quaph vt ab alijs ſcribitur, per Q redditur, quia paulò aſperiùs ſonat, quàm C ſequentibus A, O, V; formatur enim in profunda parte gutturis, admota aliquantulum lingua ſuper molares dentes inferiores; verſuſque medium palati profertur inſtar, vt aiunt, vocis corui: ſed hac

lite-

litera, vt etiam ث ح خ ذ ص ض ط ظ ع غ præter verba, plerumque in Arabicis dictionibus Turcæ vtuntur.

ك Keph liquidiùs aliquantulum ſonat quàm præcedens, prorſus planè vt K; & in ea palati parte formatur, quæ proxima linguæ radici eſt; frequenter tamen pronuntiatur à Turcis vt C, H, & I conſonans; vt quum apud Italos dicitur: *Chiaro*, *Chiedo*, *Chiodo* &c: & ita effertur exempli gratia in voce كوچك Chiupek. Huic etiam literæ cùm à Turcis, tùm à Perſis tria adhuc puncta ſuperponuntur ſic ڭ ك & Keph Agemì dicitur; & tunc valet Ngh, vt ab Hebræis ע Nghain hìc Romæ pronuntiatur; & ita ſe habet in his Turcicis dictionibus: تڭرى tanghrì دڭز denghiz صڭره ſſonghra, & ſimilibus. ſæpè tamen ſonat vt N vel vt G Latinorum, aut etiam vt I, ſed rariùs.

ل Lam profertur lingua palatum tangente, toto ore aperto; reſpondetque ל Lamed Hebræorum.

م Mim contactu labiorum pronuntiatur; & valet M, vt מ Mem Hebr..

ن Nun exprimitur lingua ſuperiorem partem dentium tangendo, reſpondetque נ Hebræorum, ſed potiſſimùm apud Arabes, vt benè ait Martellus, quas ſonorum differentias N latinum, dum ei ſubſequitur conſonans, per ſui conuerſionem in alias literas præſtat, eaſdem quoque ipſummet ن Nun inuariatum ſemper, adiectis tantùm quibuſdam indicijs edit: vnde ante ب ſonum literæ م aſſumit, adiecto proinde ſuper ipſum paruulo م rubro, vt تنبيه tambihon *excitatio*, pro tanbihon, من بطن mimbatnin *de ventre*, pro minbatnin quemadmodum apud Latinos dicitur imbellis, pro inbellis, imbibo, pro inbibo &c: Similiter ante literas ر ل م و ى ſonum earundem ſubſequentium edit appoſito proinde deſuper غ rubro, & ſigno reduplicationis teſcdid ّ ſuper ſequentem, de quo infra, vt من رجل mir ragiolin *de homine*, من مرض mim maradzhin *de infirmitate*, من لطفك millotphika *ex beneuolentia tua*: quemadmodum apud Latinos dicitur irrationale, illicitum, immortale, pro inrationale, inlicitum, inmortale, Immo ante م ſæpè etiam ن in م conuertitur, ممّا mimma, *ex eo quod* pro من ما minma.

Tandem exceptis ſex, nempè ء ه ع غ ح خ ante quas proprium ſonum omninò retinet, ſuperſcripto proinde ن rubro, vt من اكل men akala *qui comedit*, انعمت an-amto *mibi complacui*, ينخس ianchhoſo, *pungit*, من خشن min-

minhhoſnin, *de bonitate* إنعقد enacqada, *congelatus eſt* مِن غير minghairin, *ab alio* أنهار anharon, *flumina*.

Ante reliquas ſonat vt ng, ſeù vt ک Perſicum, ſuperpoſito ج rubro, ſed hoc proprijſſimè quidem fit ante ق & ك vt منقذ moncqedon, *redemptor*, انكسر enkaſara, *fractus eſt*: quæ perinde proferuntur, ac ſi diceretur mongcqedon, & engkaſara. ſed notandum huiuſmodi ſigna rubra ſæpè negligi, ſolumque in accuratiſſimis quibuſdam manuſcriptis reperiri. Hæc ille lib. 1. cap. 2.

ه He paulò inferiùs quàm Aliph in gutture formatur; reſpondetque ה Hebr. & aſpirationi h.

و WaW quod & Vau dicimus, plerique W Germanum valere aiunt; nec propriè ſonare vt V conſonans admonent; non enim ſuperiores dentes, inferiùs labium habent contingere in eius prolatione: ſed potiùs proferri, vt g ſequente V conſono, modo non fortiter, & aſperè proferantur ſub interiori parte palati, ſed magis verſus dentes, vt quum apud Italos atque Hiſpanos dicitur: *guarda*, *guida* &c.

ي Ie in media lingua, & in ea parte palati, quæ ei vicina eſt profertur; eſtque i conſonans, reſpondens י Iod Hebræorum. cæterùm Turcicas atq; Arabicas voces perfectè pronuntiandi, beneque exprimendi cupidum Lectorem, viuam Præceptoris vocem adire monemus.

CAPVT TERTIVM.

De Arabicis diuiſionibus literarum.

Primò igitur literæ omnes, vt ex ſuperiori capite patet, ratione prolationis ſeù diuerſitatis organorum, quorum adminiculo proferuntur, diuiduntur ab Arabibus in nouem claſſes, quas ſubiuncta tabula oſtendet.

ا ح خ ع غ ه	حلقية Hhalcqiijaton .i. gutturales, quæ formantur in gutture.
ق ك	لهوية. Lahuiijaton .i. vuales, quæ in ea parte formantur quam Medici appellant vuam.

ج ش ض	Vocantur	شجرية Sciagiarijaton .i. palatinæ, quæ in palato formantur.
ص س ز		أسلية Aſliijaton .i. ſibilantes, quæ ſcilicet quodammodo ſibilare audiuntur.
د ت ط		نطعية Natiijaton .i. balbutientes: in has enim balbutientes ſæpè incidnnt.
ث ذ ظ		لثوية Lethſuiijaton .i. gingiuales: quod gingiuæ quoque interiores, in eis pronuntiandis concurrant.
ر ل ن		ذلقية Dhſalcquiijaton .i. flexæ: lingua enim flectitur in illis pronuntiandis.
ب ف م		شفهية Sciaphahiijaton .i. labiales, quæ ſolis labijs formantur.
ا و ى		لينية Linijaton .i. lenes; quæ leniter proferuntur.

Secundò diuidunt Arabes ſuas literas in ſolares, quæ ſunt tredecim: ت ث د ذ ر ز س ش ص ض ط ظ ن & in lunares, quæ ſunt quindecim ا ب ج ح خ ع غ ف ق ك ل م ه و ى: ſolares verò hoc habent peculiare, quod dum in principio Arabicorum nominum fuerint, & præceſſerit articulus ال ſemper grauantur, ſeù duplicantur ſigno ـّ teſchdid, de quo agemus infra; & ل lam articulare non legitur, vt التقسيم ettacqſimo; & ſi præcedat alia dictio, totus articulus quieſcit, ac ſi ibi non eſſet; & ſolaris duplicata diſtribuitur vna præcedenti, altera ſequenti ſyllabæ vt في السماء fiſſamai. ſed lunares alleuiãtur; & ſemper ل articulare cum ipſis legitur, vt القسم elcqeſmo من القسم menalcqeſmo.

Tertiò item vt apud Hebræos, & Chaldæos, diuiduntur Arabum literæ, in radicales vel truncales, quæ dictionibus ſunt originales, atque eſſentiales; ex quibus nimirùm, prima nominum, vel verborum origo, ſiuè thema componitur, in quo præter hoc, aliud operantur nihil; & hæ quindecim

nume-

numerantur: ق غ ع ظ ط ض ص ش ز ر ذ خ ح ج ث, quæ nunquam ſeruiunt, & in ſeruiles, quæ themati, ſeù dictionibus ſupra radicales, ad variandum eius ſignificatum adiunguntur: quamuis & ipſæ quandoque truncales ſeù radicales eſſe poſſint, quum ſcilicet ex ipſis, dictionis origo ſiuè thema conſtituitur. Hæ autem ſunt tredecim: ى و ه ن م ل ك ف س د ت ب ا quæ quando in officio ſunt, adminiculum aliquod, ad præpoſitiones ſcilicet oſtendendas, & aduerbia, & pronomina, & articulos, & genera, & numeros, & caſus, & perſonas, & relationes, & tempora, & varias inſuper coniugationum ſignificationes, & alia ſimiliter huiuſmodi dictionibus ſubminiſtrant.

Quartò etiam ratione roboris literæ diſtinguuntur; quædam enim dicuntur debiles, quia multoties ſono deſtituuntur, & languent, vt ى و ا: & aliæ dicuntur robuſtæ, quia ſemper proferuntur, cuiuſmodi ſunt reliquæ omnes.

Et demum quintò eædem ى و ا dicuntur commutabiles, quia inuicem mutuò permutantur; reliquæ omnes incommutabiles.

CAPVT QVARTVM.

De nexibus literarum.

TVrcarum atque Arabum literæ inter ſe inuicem ligantur, & nectuntur inſtar Chaldaicarum; ac proinde non eaſdem figuras retinent, ſiquidem in eiſdem locis, literula eadem, penes diuerſas, quibus adiungitur literas, diuerſas pariter ibidem induit formas. Diligenter igitur aduertendæ ſunt figuræ, & præſertim puncta literarum, ne inter legendum, vna pro alia ſumatur, ſunt enim hæ ſibi ſimiles, ſoliſque punctis diſtinguuntur; Be ب ﺑ ﺒ ﺐ Pe پ ﭘ ﭙ ﭗ Te ت ﺗ ﺘ ﺖ Thſe ث ﺛ ﺜ ﺚ Num ن ﻧ ﻨ ﻦ Ie ﻳ ﻴ ﻲ

Ergo ſciendum eſt ex literis quaſdam tantum cum præcedentibus necti, & ſunt و ز ر ذ د ا aliàs verò cum præcedentibus & conſequentibus ſimul, vt ſunt reliquæ omnes. Et quidem literæ inchoantes & dictionem terminantes, ex vno tantum latere vinciri poſſunt: at quæ in medio ſunt dictionis, vtroque

latero connecti neceſſe eſt, exceptis ſex iam enumeratis, quæ hinc nulli literæ coniungi poſſunt, licet ſolæ ر & د ſic quando in fine ه h habeant, ſed ex ordine procedentes, formas ſingulas ob oculos proponamus, & nexus.

Aliph ا quum alicui præcedenti nectitur, ſic formatur ـا vt لا ſi verò præcedens ſit ل Lam, ſic ferè pingi ſolet لا لا quæ figuræ vocantur Lam—aliph.

Be ب ſi ſequenti literæ adiungitur, dempta cauda, ſiue reliquo ſui corporis, ſuperſtite ſolum capite, ſiue principio eius cum puncto, plerumque formatur ſic; vt ſi ſcriberem ب & و eas necterem in hunc modum بو at cum ج ح خ م fit exempli gratia بج بح بخ ſi verò ſequantur ر ز formatur ſic بر vt بز بر ſed quandoque eſt paululum lineæ rectæ: quum nimirum ſequuntur eædem literæ, vel ى de qua ſuo loco dicemus, quum non ſequenti, ſed tantùm præcedenti literæ nectitur, vt in fine accidit dictionum, ſcribitur ſic ـب vt ſi ب Be alteri adiungeretur, fieret ببـ ſed præcedenti, ac ſequenti literæ nexa, eſt huiuſmodi ـبـ vt ببا vel ـبـ e. g. بى يبم مبز عبر vel aliter, vt videre eſt in hac dictione بمبيج quæ omnia facillimè diſcernentur, ſi ſemper ſubſcriptum punctum inſpiciamus; hoc enim certiſſimum indicium erit literulæ Be: ad cuius ſimilitudinem, vt ſupra oſtendimus, mutantur etiam formæ literarum ت Te, & ث Thſe.

ج Gim, atque idem prorſus dicendum de ح Hha, & خ Chha, ſi ſequenti nectitur, amiſſa cauda cum ſuo puncto remanet ſic جـ vt ſi ſequatur ا fiet جا at anterius vinculum ſupra baſin lineæ habet; & propterea etiam literas præcedentes attollit, vt الشيخ البحر الجر quum verò vtrinque coniungitur, formatur ſic ـجـ vt بحص نجم محب

د Dal, & ذ Dhſal, quæ ſolùm cum præcedentibus poſſunt necti, vt diximus, formantur ſic ـد ـذ بد جد

ر Re, & ز Zain, quæ pariter cum ſolis præcedentibus nectuntur, hoc pacto fiunt ـر ـز vt مز حر quandoque etiam aliter; vt quum ب Be: vel alia ſimilis media præceſſerit, aut quum præcedunt ـس ـش ـص vt ſuis locis dicemus: nec raro formantur inclinatis ad alteras partes earum capitibus, & eleuatis ſurſum caudis.

س Sin, & ش Scin, quæ tres ſuos dentes in curuam interdum lineam expandunt ـس ـش ſic nectuntur cum præcedentibus ـس ـش ـص vt بس جش ſed

cum ſequentibus, amiſſa cauda, ſolis dentibus depinguntur ſic ـشـ ـسـ vt سما شب cum his verò literis ج ح خ ر ز م ى ن vltimus dens eleuatur, atque ad contingendam ſequentem inflectitur ſic شى سى سم شز سر شج quod ſi vtrinque illigentur, ſic ſe habent ـشـ ـسـ ſeruatis tamen ſuperioribus differentijs, vt دشج بشى جسب

ص Sſad, & ض Dzhad ſequentibus nexæ ſic formantur ـضـ ـصـ vt صما ضش at ſi ſequantur ر ز م ى eleuatur dens, atque inuertitur ad contingendam ſequentem, vt صر صز صم صى ſed cum præcedentibus, ſic nectuntur ـص ـض vt بص جض quum verò vtrinque, ſeruantur quæ dicta ſunt.

ط Tta, & ظ Dha cum ſequentibus, nectuntur ſic ط ظ vt طو ظس cum præcedentibus etiam ſic ـط ـظ vt جطب لظس

ع Ain & غ Ghain cum ſequentibus, ſic fiunt عـ غـ vt غج عج غط عس cum præcedentibus, ſic ـع ـغ vt جع فغ cum præcedentibus, & ſubſequentibus, ſic ـعـ ـغـ vt صغر جعط

ف Phe, & ق Cqaph cum præcedentibus: ـف ـق vt جف بق cum ſequentibus: فـ قـ vt فس فا فط فل cum præcedentibus & ſubſequentibus: ـفـ ـقـ vt حفس لقج verùm ne cum Ain, & Ghain medijs confundantur, aduertendum eſt harum capita rotunda ـفـ ـقـ ſed illarum, vt ita dicam, veluti preſſa & contuſa depingenda eſſe ſic ـعـ ـغـ

ک Keph, quæ adhuc ſola formatur etiam ſic ك quum ſequenti ſolùm nectitur, his modis depingitur, کـ vt کو کن کس کا quum præcedentibus, ſic ـك vt بك لك جك quum ſequentibus, & præcedentibus, quandoque ſic ـکـ vt سكو طكس ſed frequentiùs ſic ـکـ vt بکن فکی

ل Lam cum præcedentibus: ـل vt بل صل cum ſequentibus: لـ vt للق لطو vel cum م ſic لـ vt لمس cum præcedentibus, ac ſubſequentibus ſimul: ـلـ vt ملو vel ſi ſequantur ج ح خ ج ſic ـلـ vt شلج صلج

م Mim ſolùm cum præcedenti, ſcribitur ſic ـم vt كم بم يم cum ſequenti ſic مـ vt مط ſed vtrinque, multifariam nectitur, regulariter verò in medio, & fine, præcedenti literæ annexum, vnico ductu circulari ad celeritatem ſcripturæ, infernè ei affigitur in hunc modum: صمو سم سم كم كم لم لم لمج

ن Nun cum præcedentibus nexum, formatur ſic ـن vel ornatus cauſa, eius ductus producitur ـں ـں quum verò ſequenti tantùm, vel quum præcedenti, & ſubſequenti coniungitur, eoſdem ferè habet nexus, ac litera ب Be,

ſoloue ſuperno puncto dignoſcitur; hoc enim, ſemper indicium certiſſimum erit literæ ن Nun e.g. نم صغص نع غ

ﻫ He, quem ita pingunt in Alphabetis, vt inſtar aliarum, etiam habeat caudam, quum ſola ponitur in quauis dictione, ſic ſcribitur ه vel ﻩ: quum verò ſequenti literæ adiungitur, ſic ﻫ vt هص هع quum ſequenti, & præcedenti, ſic ـهـ vel ـﻬ vt طها جهط quum ل Lam, ب Be, aut alij ſimili; ﻫ ſed quandoque aliter: maximè ſi erit penultima, & ſequetur litera م Mim, præcedentibus verò tantùm nexa, pingenda eſt ſic ـه vt ـهـ quum autem ſupra ه & ﻫ ſunt duo puncta ſic ة ـة quod tantùm apud Arabes, & in fine nominum accidit tunc vtraque ſonat vt litera ت Te, & eſt nota generis fœminini.

و Vau etiam hoc modo pingitur و; præcedentibus verò adiungitur ſic ـو vt طو.

لا Lam-eliph adhuc ſola formatur ſic لا لا ſed cum præcedentibus ſic ـلا vt صلا

ى Ie vtrinque, & cum ſequentibus, nectitur ſimiliter ac litera ب Be; ſoliſque infrapoſitis punctis dignoſcitur, vt يش يص يج ضيق سيم ſed cum præcedentibus tantùm, hoc modo regulariter nectitur ـى vel magis extenſa, ſic ـے vt خے طے ثے ـے puncta verò vt plurimùm omittuntur: ratione enim ſolius corporis, à reliquis diſtinguitur. in fine autem dictionis poſita, ſiuè cum præcedente litera ſit ligata, ſiuè non, aliquando ob loci anguſtiam, aliquando ob ſcripturæ elegantiam, ad contrarias ſub dictione partes in rectam lineam, caudæ curuitatem explicat ſic ـے ـے ـے ـے

Quæ omnes formæ vt faciliùs dignoſci queant, in quinque columnulis ſubiectæ tabellæ depinximus.

Formæ literarum

Omnes ſimul.	Nexæ præcedentibus.	Nexæ vtrinque.	Nexæ ſequentibus.	Solæ.
	ـا			ا
ببب	ـب	ـبـ	بـ	ب
تتت	ـت	ـتـ	تـ	ت
ثثث	ـث	ـثـ	ثـ	ث
ججج	ـج	ـجـ	جـ	ج
ححح	ـح	ـحـ	حـ	ح
خخخ	ـخ	ـخـ	خـ	خ
	ـد			د
				ذ

	ذ			ذ
	ر			ر
	ز			ز
سسس	س	ـسـ	سـ	س
ششش	ش	ـشـ	شـ	ش
صصص	ص	ـصـ	صـ	ص
ضضض	ض	ـضـ	ضـ	ض
ططط	ط	ـطـ	طـ	ط
ظظظ	ظ	ـظـ	ظـ	ظ
ععع	ع	ـعـ	عـ	ع
غغغ	غ	ـغـ	غـ	غ
ففف	ف	ـفـ	فـ	ف
ققق	ق	ـقـ	قـ	ق
ككك	ك	ـكـ	كـ	ك
للل	ل	ـلـ	لـ	ل
ممم	م	ـمـ	مـ	م
ننن	ن	ـنـ	نـ	ن
ههه	ه	ـهـ	هـ	ه
	و			و
	لا			لا
ييي	ى	ـيـ	يـ	ى

Præterea notandum hoc loco eſt, non diuidere Turcas, aut Arabes dictiones ſuas in ſcribendo, ita vt earum partem quidem in vna, partem verò in altera, quum id loci importunitas coëgerit, collocent linea, veluti Latinis, Græcis, Ægyptijs, Armenijs, Iberis, Æthyopibus, ac Indorum quamplurimis, vſui eſt; ſed quum illud acciderit, ad lineam perficiendam, & verſiculum abſoluendum, præcedentis dictionis literæ alicuius, quæ tamen id pati poſſit, corpus, aut caudam producunt; vt videre eſt in his verſibus:

ليس من قول ولا كلام الذين لا تســـــــع
اصواتهـــــــــــــــــــــــــم

Et hoc quoque faciunt, nulla tamen neceſſitate coacti, vel ob ſcripturæ venuſtatem, vel ob Dei reuerentiam, præcipuè in dictione بســـــم quam initio

cuiuſ.

cuiuſque tractatus, Arabes, hoc modo præponunt.

بسم الله الرحمن الرحيم

ideſt, *In nomine Dei miſericordis miſeratoris.*

CAPVT QVINTVM.

De Turcicis atque Arabicis motionibus, ſeù vocalibus literarum.

Literæ omnes, quas hactenus recenſuimus, conſonantes ſunt, vt monuimus; atque ita ex ſe indifferentes ad efformandos determinatis, ac peculiaribus vocibus, ſonos proprios, vt in ſe præcisè inſpectæ, vt ait *Martellus lib. 1. cap.* 4. immobiles quodammodo videantur: quum è clauſtris oris, ſiuè ope vocalium minimè educi queant: licet enim ب Be exempli gratia, proprium, ac determinatum ſonum habeat, ſono B ſimilem, nunquam tamen hic elici poteſt, niſi aliqua comitante voce, per modum A, vel E, aut vocalis alius ſubſequentis, vel præcedentis ſaltem, vt vel fiat ſyllaba directa, dicaturque Ba, Be, Bi, Bo, Bu; vel inuerſa, ac dicatur Ab, Eb, Ib, Ob, Vb. idcircò حركات Hharakaton, .i. *motus* ſeu *motiones* appellant Arabes ea ſigna, quibus determinantur literæ ad ſyllabas, ſeù vocales ſonos eliciendos. Nos ergo quatuor paragrapraphis de earundem figura, appellatione, valore, quantitate, congeminatione, & combinatione dicemus.

§. PRIMVS.

De figura, nomine, & poteſtate vocalium.

Hæ Turcarum, atque Arabum motiones, ſupra vel infra literas collocantur; quarum hæc eſt infernè, vel ſupernè applicata literæ ب

Poteſtas	Appellatio		Figura
	Arabica	Turcica	
E declinans ad A, vel A clarum	Alphathho أَلْفَتْحُ	Vſtun أُوسْتُونْ	بَ

ideſt

idest *apertio*; quia aperit conſonantem ſupra quam cadit; & quòd labia aperiantur, ad eius prolationem.

E declinans ad I, vel I clarum	Alkeſro أَلْكَسْرْ Keſre كَسْرَة idest *fractio*, quòd labia frangi quodammodo videantur, dum ipſum pronuntiatur.	بِ
O declinans ad V, vel V clarum	Dhdhammo أَلضَّمّ Vturu أُوتُورُ idest, *collectio*, *vnio*: dum enim profertur, conſtringuntur labia, & veluti colliguntur.	بُ

Motio igitur, vel vocalis Vſtum, à motione ſiuè vocali Keſri, loco, ſitúue tantùm diſtinguitur; earumque figura, eſt recta linea, à ſuperiori dextero, in inferius ſiniſtrum latus deſcendens: qualis eſt Græcorum accentus acutus; quæ pro E, vel A ſupra, pro E vel I ſubtus literas collocatur: ſed ab Africanis non obliquè pendens, ſed iacens ſuper literas ponitur بَ & ſimiliter Keſron ita ab ipſis ſubſcribitur بِ, motio verò Dhammi ſiuè Vturi ſupra literas perpetuò ſiſtitur; eſtque parua linea, quæ à parte ſuperiori dextera incipiens, & ſpatium inſtar circuli parui concludens curuato deinde ductu, in inferiorem locum, obliquè verſus latus ſiniſtrum deſcendens terminatur, vt literula Vau ‚ ſola enim paruitate ab ea differre videtur.

Sonus autem, vt dictum eſt, cuiuſlibet huius motionis eſt duplex; nam Vſtun ſiuè quod Arabes phatum dicunt, primariò quidem ac regulariter valet E declinans ad ſonum vocalis A Latinorum; ita vt vocem edat mediam inter A & E: ſecundariò dum fuerit inter literam vltimam dictionis, vel grauatam ſigno teſcdid ‾ vel poſtquam immediatè ſequitur ا Aliph motionibus carens, præſertim apud Arabes, valebit A clarum, vt كَلَامْ Kelama, نَصَرَ Naſſara, أَلرُّبَّة Arrabba, فَرَّح Pherrahha, &c. ſic quoque ſupra literas ص ض ط ظ

خ

ع غ ق ح خ & ante eaſdem vocali deſtitutas.

Deinde Keſron primariò medium habet ſonum inter E, & I: ſecundariò dum fuerit ſubter vltimam literam dictionis, vel poſtquam immediatè ſequitur ى ſemper ſonabit I clarum, vt من الحكيم menalhhekimi, فى الارض, philardhi الانجيل alangilo, لازم lâzemi &c.

Sic Dhammum ſiuè Vturum, primariò etiam vocem habet mediam inter O, & V; & ita regulariter valet, niſi fuerit ſuper literam, poſtquam immediatè ſequitur و motionibus carens; tunc enim valebit vt V Latinorum, exempli gratia صدور Sſoduro قبور Cqoburo, فوخلصه Phaochhalleſoho, عزاوك Ezauka &c. quod plerunque etiam in Turcicis dictionibus obſeruandum: verum nonnunquam hæ regulæ non ſeruantur; quapropter experimento potiùs, quàm ex lege aliqua, hæc omnia ſunt addiſcenda, vt omnes Grammatici fatentur.

Prædictarum ergo motionum, ſeù vocalium productioni inſeruiunt, propria poteſtate conſonantium amiſſa, vnde & quieſcere tùm dicuntur, tres literæ اوى quum ipſe vocalibus deſtitutæ, immediatè ijs poſtponuntur, ا quidem Vſtuno ſeù Phatho و Dhammo, ſiuè Vturo, & ى Keſri. Si verò poſt Phathum, ا quieſcens compendij cauſa expreſſum non ſit Phathum perpendiculariter pingitur ـٰ vel hac supernè nota ~ inſignitur. & vt *Thomas Erpenius* annotauit, ا quieſcentis vice etiam funguntur و & ى, quum poſt Phathum, nec vocalem ipſæ habent, nec hanc notam ٠ vt رمى rama, صلوة Salaton &c. ſi autem poſt و quieſcens, vel hac nota ٠ affectum, ا ſit vocalibus deſtituta, ea planè otioſa erit, vt نصروا naſaron رموا ramau &c. Demum obſeruabis Authores, tres Arabicas motiones prædictas, alijs appellare nominibus, quæ ſub prioribus ſingula ſingulis hic ponuntur.

والكسر	الضم	الفتح
Valkeſro	Dhammo	Alphatho
fractio.	*collectio*	*apertio*
والجر	الرفع	النصب
Valgiarro	Rapho	Alnasbo
contractio	*eleuatio*	*erectio*

Et prioribus quidem nominibus eas vocant, de verbo agentes; loquentes verò

rò de nomine, aut alia orationis parte, poſterioribus, vel primis nominibus appellantur, dum ipſæ cum primis, vel medijs dictionum literis ſyllabam conſtituunt: alijs autem dum cum vltimis, idem faciunt. Ab alijs Alkeſro الخفض Alchhaphdho etiam dicitur, ideſt, *calcatio*, *depreſſio*.

§. SECVNDVS.

De quantitate vocalium.

HÆ tres ſupradictæ motiones apud Turcas & Arabes, vel longæ, vel breues ſunt, & quidem longæ dupliciter: eſſentialiter, atque accidentaliter eſſe poſſunt. Primò igitur فتح Phathhon, ſiuè اوسطون Vſtun eſſentialiter longa eſt quum poſt ipſam; immediatè ſequitur ا Aliph motionibus carens: كسر Keſroh longa eſt, quum ſimiliter ſequitur ى Ie, motionibus, ſeù vocalibus deſtituta. ضم Dzhammon ſiuè اوتورو Vturu, longa eſt, quum immediatè ſequitur و Vau quieſcens, tunc enim Vau non profertur, ſed tantùm præcedentis motionis productioni deſeruit; immo tunc non cenſetur litera, ſed vocalis naturam induens, cum præcedenti Vturo, ſiuè Dhammo, vocalem vnam longam conſtituit; atque eodem prorſus modo ſe habent reliquæ, vt dictum eſt, quemadmodum etiam accidit tribus motionibus Hebræorum, quæ punctis atque literis ſimul conſtant, vt חִירִיק גָּדוֹל י Chiric gadol, & חוֹלֶם ו Cholem, & שׁוּרֶק ו Sciurec, quæ *I magnum*, *O magnum*, *V magnum*, vel *longum* à Grammaticis appellantur.

Sunt autem hæ motiones accidentaliter longæ, quum poſt ipſas ſequitur litera quæcunque, omnibus quidem motionibus deſtituta, non tamen omninò quieſcens, ſed prolata atque contracta ad ſyllabam præcedentem, vt قول Cqaulo, كون Keuno, فعل Phoila, ليس Laiſa, &c. item longæ etiam accidentaliter ſunt, quotieſcunque quæ poſt ipſas ſequitur litera, duplicatur hoc ſigno ّ: tunc enim perinde eſt ac ſi eſſent duæ literæ, ac prima vocali careret, & ad præcedentem ſyllabam contraheretur, vt ſuo loco dicemus.

Breues verò erunt huiuſmodi motiones, quum nulla aderunt productionis ſigna, quæ recenſuimus.

§. TERTIVS.

De Arabica reduplicatione vocalium.

A Nomine literæ vigeſimæ quintæ, quod eſt نُونٌ Nun, formant Arabes verbum نَوَّنَ nouuena, ideſt, vt noſtro idiomate nos quoque fingamus idem verbum, *nunnatus* eſt, ideſt affectus fuit litera Nun; addita illi eſt litera Nun; ſuſcepit literam Nun. Inde poſtea formatur verbale nomen تَنْوِينٌ Tanuin, ideſt *nunnatio*, additio, adiunctio, ſuſceptio literæ Nun, quod Arabes efficiunt in fine dictionum, duplicantes motionum figuras ſic ˵ ˵ quæ tunc proferri debeat, ac ſi poſt ſe haberent literam ن Nun. Huius autem tanuini tres dicunt eſſe ſpecies, iuxta numerum trium vocalium prædictarum, quæ congeminatæ huiuſmodi Nun recipiunt, vt in ſequenti tabula inſpiciendum.

Tanuinorum, ſeù Nunnationum, ideſt, additionum literæ ن Nun.

Valor	Appellatio Turcica	Appellatio Arabica	Figura
	Turcica	Arabica	
Ban	أُوسْتُونْ تَنْوِينِى	تَنْوِينُ ٱلْفَتْحِ	بًا
	Vſtun tanuini	Tanuino—lphathhi	
Bin	كَسْرَهْ تَنْوِينِى	تَنْوِينُ ٱلْكَسْرِ	بٍ
	Keſre tanuini	Tanuino—lKeſri	
Bon	أُوتُورْ تَنْوِينِى	تَنْوِينُ ٱلضَّمِّ	بٌ
	Vturu tanuini	Tanuino—dhdhammi.	

Vbi aduerte nunnationem vocalis phathi ſemper exigere in fine dictionis cui adijcitur literam ا Aliph, ſine vllo ſoni augmento, hoc modo بًا Ban, niſi vltima illius dictionis litera fuerit ة cum ſuis punctis, vel ء de qua ſuo loco dicemus. ى etiam tanuino poſtpoſitum, inſtar ا quieſcit, vt هُدًى Hudan. ſecunda nunnatio, ait *Petrus Metoſc.* ſub omnibus literis poni poteſt, excepta ا Aliph: ſed in vniuerſum, vt ille habet, hæc circa تَنْوِينٌ Tanuin obſeruanda ſunt: primò præter iam enumeratas combinationes ideſt بًا Ban, بٍ Bin, بٌ Bon, non aſſignari alias: itaque Ben, aut Bun non eſt apud Ara-

bes

bes. Secundò quoties adeſt articulus ال al, expellitur tanuin. Tertiò quando ſequens nomen incipit à litera ا Aliph. Quartò neque in vocatiuo vſurpatur. Quintò neque in nominibus proprijs, quæ numero multitudinis carent vt إِبْرَاهِيم Abrahim &c. Sextò neque quum adſunt pronomina affixa. Septimò neque in comparatiuo, & ſuperlatiuo. Octauò denique nec verba admittunt tanuin, quia quum opus erit, non occultè, ſed apertè ن Nun recipiunt, vt يَنْصُرُونَ ianſoruna *adiuuant*, vel *adiuuabunt*: & Vltimò tanuinodh-dhammi ideſt بٌ Bon exempli gratia, in ſolis rectis caſibus vtendum erit: tanuinol-phathhi in ſolo nominatiuo, & accuſatiuo: in nominatiuo quidem quoties nomen vel participialiter ſumitur, vt جَاءَ رَاكِبًا *venit equitans*, vel aduerbialiter, vt فَرَّحَنَا كَثِيرًا *fecit nos lætari valdè*; in accuſatiuo verò, quando vtimur الْمَصْدَر Almaſdaro, ideſt *nomine* indeclinabiliter ſumpto, vt ضَرَبَنَا ضَرْبَةً Dharabana dharbatan, *verberauit nos verberatione*. Tanuinolkeſri vel tanuinalchhaſdhi, vt dicunt, ideſt بٍ Bin in reliquis obliquis caſibus (ille ait) ſiuè metu vti poterimus, ſed his omnibus tanuinis Turcæ vt plurimum abſtinent. Quo autem pacto conſonantes vnà cum vocalibus ſyllabas componant, ſubiecta exempla indicabunt.

§. QVARTVS.

De combinatione, & lectione ſyllabarum.

Turcicum atque Arabicum ſyllabarium.

اٌ	اٍ	اً	اُ	اِ	اَ
On	In	An	V.O.	I.E.	A.E.
بٌ	بٍ	بًا	بُ	بِ	بَ
Bon	Bin	Ban	Bu Bo	Bi Be	Ba Be
تٌ	تٍ	تًا	تُ	تِ	تَ
Ton	Tin	Tan	Tu To	Ti Te	Ta Te

جٌ	جٍ	جًا	جُ	جِ	جَ
Gion	Gin	Gian	Giu Gio	Gi Ge	Gia Ge
حٌ	حٍ	حًا	حُ	حِ	حَ
Hhon	Hhin	Hhan	Hhu Hho	Hhi Hhe	Hha Hhe
دٌ	دٍ	دًا	دُ	دِ	دَ
Don	Din	Dan	Du Do	Di De	Da De
زٌ	زٍ	زًا	زُ	زِ	زَ
Zon	Zin	Zan	Zu Zo	Zi Ze	Za Ze
سٌ	سٍ	سًا	سُ	سِ	سَ
Son	Sin	San	Su So	Si Se	Sa Se
شٌ	شٍ	شًا	شُ	شِ	شَ
Scion	Scin	Scian	Sciu Scio	Sci Sce	Scia Sce
فٌ	فٍ	فًا	فُ	فِ	فَ
Fon	Fin	Fan	Fu Fo	Fi Fe	Fa Fe
كٌ	كٍ	كًا	كُ	كِ	كَ
Kon	Kin	Kan	Ku Ko	Ki Ke	Ka Ke

& ſic de reliquis. quum verò ſyllaba eſt inuertenda ſit أَبْ Ab إِبْ Ib أُبْ Vb, ſic أَجْ Ag إِجْ Ig أُجْ Vg &c. Sed obiter hic oſtendamus, quomodo ſyllabas componere Turcæ pueros doceant. Et quidem ſyllabas motionibus obſignatas ſic legunt:

بَ Be, Vſtun, Ba.	تَ Te, Vſtun, Ta.
بِ Be, Eſrè, Bi.	تِ Te, Eſre, Ti.
بُ Be, Vtur, Bu.	تُ Te, Vtur, Tu.

Si ſyllaba plures literas habeat, legatur ſic:

طَاشْ Tta, Aliph, Scin la vſtun, Taſc.

قيز

قيز Cqaph, Ie, Zein la eſre, Cqiz.

يوك Ie, Vau, Keph la vtur, Iuk.

Si verò vocales, non expreſſè depictas habeant, vt mos eſt Turcis, atque Arabibus, ſuos Codices exarandi, leguntur ſic:

اجلق Aliph, Gim, Agg; Lam, Cqaph; Licq, Aglicq.

اوشق Aliph, Vau, V; Scin, Cqaph, Sciacq; Vſciacq.

دشمان Dal, Scin, Duſc; Mim, Aliph, Nun, Man; Duſcman.

CAPVT SEXTVM.

De cœteris orthographicis ſignis, quæ vel Turcarum, vel Arabum literas comitantur: & de notis Turcicis atque Arabicis numerorum.

PRæter motionum, ſeù vocalium notas, plura alia literis adiunguntur, quorum hæc eſt:

Appellatio Arabica		Appellatio Turcica	Figura
السكون	ideſt quies	جزم vel جزمه	ْ
التشديد	ideſt fortificatio	شدّه vel تشديد	ّ
المدّ	ideſt extenſio	مدّه	ٓ
الهمزة	ideſt punctio	همز	ء
الوصل	ideſt coniunctio, vnio.		ٱ

Sed quinque paragraphis, ſingulorum poteſtates, & numera declaremus; & demum dicamus de reliquis minùs principalibus ſignis; de numeris Arabum, & Turcarum, & praxin proponamus ad vtramque lectionem tyronibus exercendam.

§. PRIMVS.

De ſigno Eſſokuno vel Gezmi ْ , nota priuationis vocalis.

Signum hoc vel fit inſtar circuli parui perfecti, quale eſt Omicron Græcorum o vel ad formam lunulæ, vel ſemicirculi vt Ypſilon ْ quod ſupra literam ponentes Turcæ atque Arabes, illam motione, ſinè vocali ſua priuari, & quieſcere, hoc èſt peculiarem ſyllabam non conſtituere, ſed ad præcedentem contrahi, atque illius ope tantùm proſerri indicant; ideoque id ſignum quies dicitur; quia dum vocalem à conſonante demit, eam quieſcere cogit, & vt poſſit legi, ad præcedentem ſyllabam retorquet; exempli gratia: أرلر Erler خشمة Chhaſta: vbi apparet medias literas ر & س peculiaribus vocibus non proſerri; ſed proprio ſono retento, ad præcedentem motionem reuocari; & cum illa in vnam longam ſyllabam coaleſcere: & hanc Grammatici *quietem primam* appellant, in qua ſcilicet ſentitur conſonantia literæ quieſcentis. Eſt deinde alia *quies* literarum, quam *ſecundam* vocant; quum nimirum ita quieſcunt, ac ſi ibi minimè adeſſent; quod tantùm his tribus ا و ى accidere poteſt; quæ ſæpè nec mouentur, nec proferuntur, ſed in naturam abeuntes vocalium, tantùm productioni deſeruiunt, vt patet in his exemplis نار naron Arabicè *ignis*, نور nuron *lux*, نير niron *iugum*; in quibus vocibus ا و ى nil prorſùs operantur; ſed vocalibus ſolummodo inſeruiunt, ad illas producendas, & earum ſonum, vt ita dicam, exclarificandum; immò in his alijs prorſùs ſe habent, ac ſi ibi minimè adeſſent: رمى rama *proiecit*, على ala *ſuper* &c. propterea ſolæ iſtæ tres literæ ا و ى propriè & principaliter quieſcentes vocatæ ſunt. nihil tamen interim prohibet, quin & ipſæ in alijs vocibus quiete prima quieſcant, vt سودى ſeudi Turcicè *amauit*; hìc enim ſentitur conſonantia quieſcentis literæ و; ideòque dicitur quiete prima quieſcere; & rectè ſuper illam ponitur nota priuationis ْ, quæ ſuper literas alio modo quieſcentes non rectè vſurpatur, vt videre eſt in exemplaribus Alcorani: quamuis multoties, ſuper has quoque literas hoc ſignum reperiatur, quod à Grammaticis Arabibus etiam vocatum eſt الجزم Algezmo ſpeciatim dum de verbo agunt: dum autem de nomine, & alia orationis parte loquuntur, appellatur propter eandem rationem الوقف Aluacqpho, ideſt *ſtatio*.

§. SE-

§. SECVNDVS.

De Teſcdid • nota reduplicationis.

Figura huius ſigni, nihil differt à figura literæ duodecimæ س Sin; dempta enim cauda, ſic pingitur ّ & ſupra omnes literas ponitur excepta ا: eiuſque munus eſt duplicare conſonantes, in quas incidit, & duplicatas diuidere, ac alteram præcedenti, alteram ſequenti ſyllabæ diſtribuere; reſpondetque daghesc forti Hebræorum, vt مقرّر mucqarrar. Hoc ſignum Turcæ, atque Arabes adhibent: & ab his vſurpatur euphoniæ gratia, poſt literam vocali carentem, cuius tunc vicem ſupplet altera pars geminatæ, vt وَلَدّت quod legitur valatta. Eſt autem, ait *Thomas Erpenius in Arab. rud.* theſcdid hoc euphonicum triplex: deltale, lambdale, & initiale. Deltale apponitur literæ ت poſt د vt قَصَدّتُ Cqaſatto. Lambdale apponitur ſolaribus poſt articulum ال vt الرَّبّ Arrabbo, الشَّمس aſcſciamſo, الله allabo, in quo vltimo ſolaris quoque eſt ل, quo caſu ل articuli non rarò omittitur, vt أَلَّيْلُ pro اللَّيْل: & ſic ſemper in relatiuis: الَّذِى الَّتِى الَّذِينَ; & quum articulo præfigitur ل datiui caſus, vt لِلَّيْل Initiale apponitur literis لن مير dictionem inchoantibus poſt Nun giezmatum, vt مِن رَبِّه mir-rabbihi بيت مقدّس beitom-mucqaddaſon. Vocatur autem hoc ſignum ab Arabibus, vt dictum eſt, أَلتَّشْدِيد Alteſcdido, ideſt, *fortitudo*, *robur*; & eadem ratione dicitur etiam أَلتَّثْقِيل Altethcqilo, ideſt, *grauitas*; quia grauat pronuntiationem, duplando literam, ſupra quam poſitum eſt. & huic opponitur أَلتَّخْفِيف Altehhphipho, ideſt, *alleuiatio*, *leuitas* ſcilicet pronuntiationis; ad quam ſignificandam nullum peculiare ſignum deſtinatum eſt, præter meram abſentiam ſigni teſcdid, qua litera leuis dicitur, hoc eſt non fortificata, aut grauata: cuius quidem grauitatis, fortificationis, aut roboris, quæcunque litera eſt capax, excepta litera ا Aliph, ob nimiam ſoni exiguitatem.

§.TER-

§. TERTIVS.

De Maddo ~, nota productionis Aliph.

HOc ſignum figuratur virgula parua, quæ à parte inferiori incipiens, breui tractu ad ſuperiorem tendit: mox corpore aliquantulum craſſior facta, decliui ductu, dexteram verſus extenditur: & demùm in tenuem ſurſumque verſus eleuatam caudam terminatur hoc modo ~ Maddum ponunt Arabes in capite ا Aliph, vel Hamzati, quæ eadem litera eſt, vt ſignificent, ipſam in prolatione eſſe producendam, quum enim ا Aliph propter ſui ſonus tenuitatem, minimè ſit capax roborationis, & duplicationis teſcdid, quod ſuper reliquas literas ſuperſcribitur; pro illa Maddum adinuenerunt: quod tempus ſaltem ſuæ prolationis quodam modo duplat, æquè ac eſſent duæ Aliph: ponitur autem aliquando in medio, ſed ſæpiùs in fine dictionis, vt جاءَ Gian Arabicè *venit*, سماءٌ Samaon *cœlum*, آمر Aamara, &c. idque fit ſemper, dum poſt ا Aliph ſequitur Hamzat. Demum etiam ſuperſcribitur notis Arithmeticis; & dictionum compendijs, ſeù literis integras dictiones repræſentantibus, vt apud Hebræos (.11.)

Proinde in libris Arabum paſſim cum Maddo diminutas & decurtatas dictiones inuenies, quæ vulgò *Abbreuiaturæ* dicuntur: quarum præcipuæ relatæ à *Patre Philippo Guadagnolo Clericorum Regularium Minorum* doctiſſimo Viro, Arabicè peritiſſimo. hæc ſunt: ح pro حينئذ ideſt *tunc, illo tempore*.

Et pro حاصل *proueniens:* ſcripto tantùm breuitatis cauſa: حص

Et pro تسلسل *eductio, extramiſſio, extractio.* تس

Et pro الى اخره *vſque ad finem eius*; ſcripto tantummodo: اه

Et pro مصدق *diſtinctum* per ſpecies: مص

Et pro مقصود *intentum*, in mente habitum pro *ſcopo*: قص

Et pro عرفت *cognoui:* عت

Et pro منطق *loquela, logica, diſcurſus:* م

Et pro محال *impoſſibile, contrarium:* مح

Et pro هذا خلف hoc eſt *implicans contradictionem:* هق

Et pro مطلوب *quæſitum:* مط

Et pro لا يخلوا *non euacuabitur, non diſſoluetur:* لايخ

Et

Et اح pro احدها *vnus eorum.*
Et بط pro باطل *vanus, mendacium.*
Et فم pro فسلم *& ſaluus.* Et م pro مسلم *ſaluus.*
Et لانم pro لانسلم *non trademus.* Et ضع pro موضوع *poſitum, ſubiectum.*
Et مع pro مرفوع *eleuatum, ablatum.*
Et مم pro ممنوع *prohibitum, impeditum, negatum.*
Et ههن pro ههنا *hic, huc.* Et ض pro ضرورة *neceſſitas.*
Et يك pro يذكر *recordatur, mentionem facit.* Alchoranus autem ponit pro يكن
Et ك pro كذا *hoc, ſic, hoc modo.*
Et ظ pro ظاهر *patens, apparens, exterior pars.*

Sic etiam in Alchorano C. 2. de familia Emrani, habetur الم quas literas, vt ille ait, fucatores Mahomethicæ impoſturæ, volunt ſignificare ſic: pro ا, انا *ego*; pro ل, الله *Deus*; & pro م, الاعلم *ſapientiſſimus.*

§. QVARTVS.

De Vaſlo ~ nota coniunctionis duarum dictionum, quæ inſtar vnius vocis proferri debeant.

FIgura huius ſigni apud Arabes ſimilis eſt figuræ regij accentus Hebræorum, quem dicunt זַרְקָא Zarcqa hoc modo א֜ ٱ pingitur autem ſuper Aliph tantùm dictionem inchoante, quum opus erit; & illius munus eſt indicare literam Aliph, ſupra quam poſitum eſt, alioqui hamzatam atque mouendam, nulla trium motionum moueri, nec prorſus proferri: ſed omninò ac ſi ibi non eſſet immobilem fieri; & breuitatis gratia mox ſequentem, quæ ſemper quiete prima quieſcet, ad ſyllabam præcedentis dictionis vltimam, tanquam ad illam pertinentem contrahi, & copulari; vnde eſt inſtar ſynaloephæ in Latinis carminibus: Quemadmodum apud Italos in articulos *il* vt *il cielo*, quum præponitur præpoſitio *de*, loco genitiui, vel alia ſimilis, non dicitur *de il cielo*: ſed abiecta litera i, quæ literæ Eliph hamzatæ articuli Arabum reſpondet, abſolutè dicitur *del cielo*; & ſic ex *da* & *il* fit *dal*. Ita prorſus apud Arabes: non tamen quælibet Aliph initialis eſt huiuſmodi, ſed tantùm triplex, nimirum verbalis; & hæc alia

dicitur imperij; quæ format imperatiuum primæ coniugationis; alia characteriſtica, quæ eſt initialis in præteritis actiuis, imperatiuis, & infinitiuis coniugationum deriuatiuarum ſecundæ & tertiæ claſſis: ſecunda eſt nominalis, quæ in his decem nominibus reperitur إمرأ *vir*, إثنان *duo*, إثنتان *duæ*, إمرأة *mulier*, إسم *nomen*, إست *nates*, إبن *filius*, إبنة *filia*, إبنم *filius*, أيمن vel reiecta ن أيم *iuramentum*. Et tertia articularis, quæ eſt articuli ال in quo notandum quod ſi poſt ل Lam articulare ſequatur litera grauata ſigno teſcdid ّ , quod tantùm accidit literis ſolaribus, tunc ل Lam articulare non legitur, ſed totus articulus Al quieſcit; & ſolaris grauata teſcdid duplatur; cuius pars vna, in ſyllaba propria remanet; & altera contrahitur ad ſyllabam dictionis præcedentis vltimam, vt de alijs diximus. Exempla vtriuſque lectionis ſunt hæc:

منِ افتخر Maneph-techhera .i. *qui gloriatur*.

بَلْ إنَّمَا آختَارَ اللهُ Bal ennamachh-taral-laho .i. *ſed elegit Deus*.

كَكَواكِبِ آلسَّمَاءِ وَرَمْلِ آلبَحْرِ Kekeuakebis-ſamaai va rami-bahhri .i. *ſicut ſtellæ coeli, & arena maris*.

In quorum primis duobus litera Aliph notata ſigno Vaſli ٱ , quieſcit quiete ſecunda, hoc eſt, nullo modo profertur; & litera ف Phe vnius, & خ Chha alterius, quæ mox ſequuntur illam, quieſcunt quiete prima, hoc eſt, reijciunt vocales ſuas, & proprio ſono retento, contrahuntur ad ſyllabas vltimas præcedentium dictionum; & ſic legitur *Maneph* & *Ennamachh*. In tertio vero exemplo nominis السماء totus articulus ال quieſcit quiete ſecunda, quia prima eius litera س Sin eſt ſolaris, ideòque grauata hoc ſigno ّ geminatur; & pars vna remanet in ſyllaba nominis prima, ſcilicet Sa; & altera contrahitur ad ſyllabam vltimam præcedentis dictionis. Ideò appellatur hoc ſignum آلوَصْلُ Aluaſlo .i. *vnio*; vt Macqaph Hebræorum & ٱ Aliph quæ illud geſtat, dicta eſt هَمزَةُ آلوَصْلِ Hamzatol-uaſli .i. *Aliph vnionis*.

§. QVINTVS.

De nota Alhamzati ٔ.

Figura huius ſigni nihil ferè differt à capite literæ ع Ain, cum recta deorſum cauda in dextero latere ſic ٔ, reſpondetque atnahh Hebræorum. Collocatur autem potiſſimùm ſuper literam ا Aliph, vel ad latus eius, vel ſubtus ipſam, eique cum vocali appoſitum, motum eius indicat actualem, vt أن إن أن vt ſine ea potentialem, ideſt, ا natura ſua radicalem, & mobilem eſſe, vt يأمن. Ergo Aliph dum quidem mouetur, habet ſemper in capite notam Alhamzeti, vel ad calcem, iuxta motionis ſpeciem, quæ motionis illius ſignum, vel portat, vel ſuper ipſum ſedet, vt vidimus: dum autem quieſcit quiete prima, habet etiam in capite notam ٔ Alhamzeti, quæ ſignum Gezmi ْ ideſt quietis portat; nam ا Aliph abſolutè picta, vt alibi diximus, litera productionis tantum cenſenda eſt, & ſigni huius beneficio vim ſumit, qua moueatur, vel quiete prima quieſcat: ſed ſæpenumero nota hæc ٔ pro ipſamet Aliph, ſola, præſertim in verbis, vſurpatur; vt إرءْ Era *vide*, يسأل Iaſalo *interrogat*: quod neceſſariò fit, quum altera Aliph ſimul immediatè concurrit, ſuperpoſito ſigno Maddo, vt آل Alon *familia*, pro أال; & سماء Samaon *cœlum*, pro سماا literis autem و & ى ſuperſcripta indicat eas pro ا ſua natura mobili poni, vt يؤمن pro يامن، ايزر pro اازر vnde ſignum huiuſmodi ٔ eſt altera quædam litera Aliph, vt Grammatici aiunt, quum ſæpè per ſe ſtet, & vel in medio, vel in fine dictionis, & quietis, & motionum notas ſuſcipiat, & Tanuini ſpecies omnes indifferenter retinere poſſit, vt in ſyllabario oſtendimus.

Verùm vt quod intereſt inter vtramque percipias, ſciendum eſt duplex eſſe munus literarum: و ى habent enim conſonare vt reliquæ omnes; & item vocalibus inſeruire, و Dhammo, & ى Keſro, ad illas exclarificandas, & ſonum ipſarum alterandum, vt quum dicitur رسول و conuertit Dhammum in V longam, & profertur Raſùlon: aliter ſine و proferretur Ràſolon: & كريم Karìmon, ſine ى diceretur Karemon. ſic ergo munus exclarificandi Phathum eſt ſolius Aliph: at verò conſonandi literæ Hamzati.

§. SEXTVS.

De cœteris minùs principalibus ſignis, quibus literæ inuicem diſtinguuntur.

TVrcarum, atque Arabum literæ, ſingulæ ſingulas, eaſque proprias figuras minimè habent: ſed ternis illarum, biniſque, ſingulis vna eademque communis eſt forma; pro diſcrimine autem poteſtatis, & pronuntiationis earum, puncta quædam numero, diſpoſitione, & ſitu differentia, illis adijciuntur, vt vidimus. Hæc autem ſæpè à librarijs, ob nimiam in deſcribendo celeritatem, & ab Authoribus ipſis, ob eximiam quam callent, linguæ, & diſciplinarum, de quibus agunt peritiam, ſimul cum quietis, & motionibus ſignis omnibus, notiſque alijs, de quibus jam dictum eſt, omittuntur. verùm quum amphibologiæ periculum eſt, ne qui legunt, ſi fortè in aliquas illius claſſis literas inciderint, quæ puncta illa non habeant, id vel incuria librariorum, vel caſu quouis alia factum putent, addunt Turcæ atque Arabes ſigna alia, quibus Lectores certiores fieri volunt, non temerè vel alio caſu, ſed data opera, puncta illa adiecta non eſſe, quòd ſcilicet ex ternis biniſque illis, eæ ſunt, quæ punctis carere debent. literis ergo د Dal, ر Re, & س Sin, quæ ſola punctorum carentia, diſtinguuntur à ذ Dhſal, ز Zain, & ش Scin, quum opus eſt, ſignum hoc •v ſupernè apponunt: دٚ رٚ سٚ quo intelligatur, non ex obliuione puncta deeſſe, ſed procul dubio eas eſſe literas س ر د non autem ش ز ذ. ſimiliter pro diſtinctione literarum ح Hha, ص Sſad, ط Tta, ع Ain, & aliquando etiam س Sin, à ج Gim, à خ Chha ض Dzhad, ظ Tha, غ Ghain, & ش Scin, ipſarummet figuras ſed paulò quantitate minotes primis ſubſcribunt, vt indicent ſuperiores ſimiles iure punctis carere. ſic etiam literæ ة He finali, ſupernè pingitur eius figura paruula, ne ſcilicet imaginemur deeſſe illa puncta duo, quæ eidem ſuperponuntur, dum nota eſt generis fœminini, & pronuntiatione reſpondet literæ ت Te. deinde in ſinu literæ ك Keph finalis, quia nihil ipſa, aut parum differt à finali litera ل Lam, collocarunt paruulam eiuſdem literæ formam, hoc modo ك. Demum puncta finalia, & diſtinctionum tùm maiorum, tùm minorum etiam, ſi neceſſariæ ſint, notæ communiores, ſunt hæ: * ن ؏ ^ *. ſed ſciendum, vt ait Martell. c. 5. hæc omnia ſigna, motiones, ac literarum figuras hactenus explicatas, apud varias

na-

nationes, atque ad diuerſa munera, & vſus ſæpè alterari; quemadmodum enim apud nos, non modo ſcripturarum, ſed & typorum varia extant genera, quæ peculiaria ſibi nomina vendicant; ſic & Arabicæ ſcripturæ quoddam genus dicitur نِسْخِي Nishiijon, quale nos modo, tamquam potiſſimum, primarium, ac velut originale excudendum curauimus, atque præſenti prælo expreſſimus. Aliud dicitur ثُلُثِي Tholothiijon, quo præſertim librorum tituli decorantur: Aliud appellatur دِيوَانِي Diuaniijon, quo tabelliones, ac forenſes vtuntur. Aliud dicitur قِرْمَة Cqermaton, quo potiſſimùm libri accepti, & expenſi conſcribuntur. Aliud dicitur تَعْلِيقِي Talicqiijon, quod Perſis proprium eſt. Aliud dicitur غَرَبِي Garabiijon, quod peculiare eſt Africanis, atque Occidentalioribus Arabibus. Aliud dicitur كُوفِي Kuphiijon, quod proprium eſt Kuphianis. aliaque randem varia extant characterum genera, quæ omnia dum occurrent, ex præſenti Nishhijo bene inſpecto, erit facillimum deprehendere. Hæc ille.

Demùm accentus apud Turcas, & Arabes nulla eſt nota: ſed quæ dictionis ſyllaba attollenda ſit, facilè cognoſcitur: nam dyſſyllaba, vt ait *Thomas Erpenius* lib. 1. rudim. Arab. attollunt penultimam, vt بَيْتٌ Beiton, أُنْصُرْ ònſur. polyſyllaba antepenultimam, vt مَكْتَبٌ mèctebon, يَنْصُرُ iànſuro, niſi penultima producatur per ا و ى quieſcens: tunc enim ea accentum habet; vt إِلَاهٌ ilàhon, غَفُورٌ gaſouron, رَحِيمٌ rahhimon &c.

§. SEPTIMVS.

De Numeris Arithmeticis Arabum, & Turcarum.

Olim Arabes eiſdem Alphabeti literis, pro numeris vtebantur; quas quidem diſponebant, vt ſubiuncta tabula oſtendit; in qua ad literarum numerum exprimendum, Latinorum notas ſingulis ſingulas appoſuimus.

7 ز	6 و	5 ه	4 د	3 ج	2 ب	1 ا
50 ن	40 م	30 ل	20 ك	10 ى	9 ط	8 ح
300 ش	200 ر	100 ق	90 ص	80 ف	70 ع	60 س
1000 غ	900 ظ	800 ض	700 ذ	600 خ	500 ث	400 ت

Quæ quidem literæ ſic diſpoſitæ, vt faciliùs memoriæ mandentur, octo his dictionibus comprehunduntur.

أَبْجَدْ هَوَزْ حُطِي كَلَمَنْ سَعَفَصْ قَرَشَتْ ثَخَذْ ضَظَغ

Sed deinde earum loco, quibuſdam figuris ex India tranſlatis, Turcæ atque Arabes vſi ſunt, quas in ſubiecta tabella ſubijciemus.

١	٢	٣	٤	٥	٦	٧	٨	٩	١٠
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10
١١	١٢	١٣	١٤	١٥	١٦	١٧	١٨	١٩	٢٠
11	12	13	14	15	16	17	18	19	20
٣٠	٤٠	٥٠	٦٠	٧٠	٨٠	٩٠	١٠٠	١٠٠٠	١٠٠٠٠
30	40	50	60	70	80	90	100	1000	10000

Et ita in infinitum, augendo figuras more Latinorum; quos, vt vidimus, etiam imitantur in lectione, & ſcriptione huius numeri, à ſiniſtra ad dexteram incipientes contra ſuam conſuetudinem, qua Hebræos, & Chaldæos ſequuti à dextra in ſiniſtram, & ſcribendo, & legendo progrediuntur. Sæpè etiam pro cifra, more Latinorum vtuntur quinta figura; & tunc pro quinta, hanc adhibent g ita vt hic numerus 10, etiam apud ipſos ſit decem, hic verò 1g quindecim.

§. OCTAVVS.

Sylloge cuiuſdam inſtitutionis Arabicæ, ad lectionem Turcicam, atque Arabicam exercendam.

Quia quæ literarum ſigna docuimus, non omnia à Turcis, ſed ab Arabibus vſurpantur, ideò vtriuſque lectionis exercendæ gratia, Arabicæ cuiuſdam inſtitutionis ſcripturam, ab alijs Grammaticis traditam, Tyronibus proponemus; quam quum rectè legere per ſe ipſi didicerint; Turcicè, & quæuis alia Arabicè aliter ſcripta facilè deprehendent. ea verò ſic ſe habet:

الكلمة ثلاثة أنواع اسم وفعل وحرف * الاسم على ثلاثة أقسام ظاهر ومضمر ومبهم الظاهر معرب والباقيان مبنيان المعرب قسمان معرب بالحركات ومعرب بالحروف والمعرب بالحركات نوعان منصرف وغير منصرف * الفعل على ضربين ثلاثي ورباعي وكلاهما إما مجرد أو مزيد فيه وكل واحد منهما إما سالم وإما غير سالم وغير السالم ثلاثة أنواع مضاعف ويقال له الأصم ومهموز ومعتل والمعتل خمسة أقسام مثال وأجوف وناقص ولفيف مفروق ولفيف مقرون فأما الثلاثي المجرد على سبع صيغات ست منها للمعروف وواحدة للمجهول فأوزان المعروفة أولها فعل يفعل أي بفتح العين في الماضي وضمها في المضارع كنصر ينصر الثاني فعل يفعل مفتوح العين في الماضي ومكسور في المضارع كضرب يضرب الثالث فعل يفعل بفتح العين في الماضي والمضارع كفتح يفتح الرابع فعل يفعل بكسر العين في الماضي وفتحها في المضارع كعلم يعلم الخامس فعل يفعل بكسر العين في الماضي والمضارع كحسب يحسب السادس فعل يفعل مضموم العين في الماضي والمضارع كحسن يحسن ووزن الصيغة المجهولة فعل يفعل بضم الفاء وكسر العين في الماضي وبضم الحرف المضارع وفتح العين في المضارع والثلاثي المزيد فيه يشتمل على أربعة عشر بابا سنبينها في محلها ——— *

El-

1 Elkalemato thſalathſato anua-in eſmôn va phelon va Hharphon eleſmo ala thſalathſati acqſamin dhſaeron.

2 Va modzhmaron va mobhamon. eddhahero mo-rabon valbacqijanih mabnijani elmo-rabo cqeſmani.

3 Mo-rabon belhharakati va mo-rabon belhhoruphi valmorabo belhharakati nau-ani monſarephon.

4 Va gairo monſarephin. elphe-lo ala dzharbeini thſolathſijon va roba-iion và Kelahoma emma mogiarradon.

5 Aumazidon phihi va kollo vahhedin minhoma emma ſalemon vamma gairo ſalemin va gairoſſalemi.

6 Thſalathſato anua-in modzha-aphon va iocqalo lahol-aſammo va mahmuzon va mo-tallon valmo-tallo chhamſato.

7 Acqſamin methſalon va Aguaphon va nacqeſon va laphiphon maphrucqon valaphiphon macqrunon.

8 Phammat-thſolathſijol mogiarrado ala ſeb-i ſigatin ſetton minha lilma-ruphi va vahhedaton.

9 Lilmaghuli pha auzanol ma-ruphati auualoha pha-ala iaph-alo ai bephathbil-aini philmadzhi.

10 Va dzhammiha philmodzhare-i kenaſara ianſoro etthſani pha-ala iaph-elo maphtuhhol-aini.

11 Philmadzhi va makſuron philmodzhare-i kedzharaba iadzhrebo etthſalethſo pha-ala iaph-alo.

12 Bephathhil-aini philmadzhi valmodzharei kephatahha iaphtahho. errabe-o pha-ela iaph-alo.

13 Bekeſril-aini philmadzhi va phathhiha phil-modzhare-i ke-alema ia-lamo elchhameſo pha-ala.

14 Iaph-elo bekeſril-aini philmadzhi valmodzhare-i kehhaſeba iahhſebo eſſadeſo pha-ola.

15 Iaph-olo madzhmumol-aini philmadzhi valmodzhare-i kehhaſona iahhſono va vaznos.

16 Sigatil maghulati pho-ela ioph-alo bedzhammil phai vakeſril-aini philmadzhi.

17 Va bedzhammil hharphil modzhare-i va phathhil-aini philmodzhare-i vattholathſijo imazido phihi iaſctamelo.

18 Ala arba-ata aſciara baban ſanobaiienoha phi mahhallihà.

HOc eſt, vt exponit Martell. lib. 1. cap. 6. alijque Arabicarum inſtitutionum Authores, *Dictio tres ſpecies*, ſcilicet eſt triplicis ſpeciei, *nomen*, *& verbum*, *& particula* conſignificatiua. *nomen ſunt tres partes*, .i. triplex eſt,

mani-

manifeſtum, & ſubintellectum, & indifferens. Manifeſtum eſt declinabile, & duo reliqua ædificata, ſeù firmata. declinabile duæ partes, ſeù duplex eſt: declinabile per motiones, & declinabile per literas. & declinabile per motiones duæ ſpecies, ſcilicet eſt duplicis ſpeciei, reuolubile, & irreuolubile. verbum ſuper duas percuſſiones, ternarium, & quaternarium, & vtrumque ipſorum, vel eſt denudatum, ideſt ſimplex, carens aduentitijs literis, vel eſt cui adiectum eſt, nempè compoſitum, & vnumquodque ex ipſis, vel eſt ſaluum, vel non ſaluum, ſeù imperfectum: & non ſaluum, tres ſpecies; duplicatum, & dicitur ei ſurdum; & hamzatum habens hamzat; & infirmum. & infirmum quinque ſegmenta: ſimile, & concauum, & deficiens, & inuolutum ſeiunctum, & inuolutum coniunctum. At verò ternarium denudatum, eſt ſuper ſex formas: ſex ex eis ſunt pro noto actiuo, & vna pro ignorato paſſiuo, menſuræ igitur actiuarum, prima earum, ſcilicet ex menſuris actiuarum formarum, prima eſt فعل يفعل i. cum phathho literæ ع hoc eſt ſecundæ in præterito, & cum dzhammo eiuſdem in modzhareo, vt نصر iuuit ينصر iuuat. Secunda eſt فعل يفعل phathata litera ع in præterito, & Kaſrata in modzhareo, vt ضرب percuſſit, يضرب percutit. Tertia eſt فعل يفعل cum phathho literæ ع in præterito, & in modzhareo, vt فتح aperuit, يفتح aperit. Quarta eſt فعل يفعل cum Keſro literæ ع in præterito, & phattho eiuſdem in modzhare-o, علم ſciuit, يعلم ſcit. Quinta eſt فعل يفعل cum Keſro literæ ع in præterito, & modzhare-o, vt حسب putauit, يحسب putat. Sexta فعل يفعل dzhammata litera ع in præterito, & in modzhareo, vt حسن pulcher fuit, يحسن pulcher eſt. & menſura formæ ignoratæ paſſiuæ, eſt فعل يفعل cum dzhammo literæ ف, & Keſro literæ ع in præterito, & cum dzhammo literæ modzhareæ, & phattho literæ ع in modzhareo. & ternarium, cui additum eſt, commune eſt ſuper quatuordecim portas, ideſt, complectitur quatuordecim genera coniugationum, & verborum: declarabimus eas in loco earum, quas nos tertia parte explicabimus.

CAPVT SEPTIMVM.

De natura ,& permutatione Arabica literarum ا و ى

DE hac re doctè quidem ; & diſertè *Erpenius* in Appendice verè aurea lib. 1. Arab. rudim. vnde ad complementum primæ Partis, huiuſce Inſtitutionis Arabicæ mutuabimur, quæ quinque Paragrahis hoc Capite per eiuſdemmet canones abſoluemus.

§. PRIMVS.

Canones generales de literis ا و ى

PRimò literæ ا و ى, Ille ait, frequenter inter ſe commutantur ; ſed in principio dictionis ; itemque in medio, & in fine ; poſt Giezmam conſtanter manent.

Secundò ا و ى vocalibus diſtitutæ, poſt vocales heterogeneas, ijs fiunt homogeneæ, vt

نوى	pro	نأى	ميعاد	pro	موعاد
يير		بئار	دار		دير
نار		نور	موقن		ميقن

Exceptio: و *&* ى *poſt Phathum non rarò manent, & diphthongeſcunt, adſcripta Giezma, aut quieſcunt inſtar* ا *ſine Giezma, vt*

يَوْمٌ Iaumon رَمْيَةٌ Ramahon لَيْلٌ Leilon غَزْوَةٌ Gazaton.

Tertiò literæ ا و ى quieſcentes, ſequente Giezma excidunt, vt

يَعُقْ pro يَعَاقْ يَقُمْ pro يَقُومْ يَسِرْ pro يَسِيرْ

Annotatio: *Aliph vnionis non fit quieſcens, ne huic regulæ ſubijcitur, vt* فَانْفَطِرُوا

§. SECVNDVS.

Canones ſpeciales Aliph ا

PRimò Aliph in medio dictionis mobile per Dhamma, in و ; per Keſram in ى mutuatur ; vt

اوب

أُأُبٌ pro أَوْبٌ　　　　مُآلٌ pro سُؤُل

etiam Aliph quieſcens, vt

قَاءِلٌ pro قَايِلٌ　　　　مَآءَةٌ pro مَاوَةٌ

Secundò Aliph in medio dictionis mobile per Fatham, poſt Dhamma in و, poſt Keſram in ى mutatur, vt

ذَأْبٌ pro ذُوْبٌ　　　　فَأَةٌ pro فِيَةٌ

Tertiò Aliph in fine dictionis poſt Dhamma, in و; poſt Keſram, in ى mutatur, vt

ذُنُأٌ pro ذُنُوٌ　　　　خَاطِأٌ pro خَاطِيٌ

Quartò Aliph in fine dictionis poſt Fatham, mobile per Dhamma, in و; per Keſram, in ى mutatur, vt

تَفَقَأٌ pro تَفَقَوٌ　　　　هَنَأٌ pro هَنَيٌ

Quintò Aliph quieſcens poſt Aliph Phathatum excidit, Fatha perpendiculariter picta, vel adſcripto Maddo, vt أَمِنَ vel آمِنَ pro أَأْمِنَ

Sextò Aliph quieſcens, ſequente alio Aliph quieſcente, in و Phathatum mutatur, vt نَوَاصِرُ pro نَاأصِرُ

Annotatio prima: و & ى *ex Aliph mobili deſcendentes, Hamzam perpetuò adſcriptam habent.* & ى *punctis non rarò ſuis tunc deſtituitur. mobile autem Aliph & illud eſt, quod licet actu vocalem non habeat, radicale tamen eſt, eamque habere aptum, vt* بِئْرٌ

Annotatio ſecunda: *voculæ inſeparabiles* ا ب ف ك ل و *non cenſentur Aliph in medium collocare, vt* كَأَمْ لِأَبْ : *niſi in particulis quibuſdam, vt* لِئَلَّا وَأَيْنَ

§. TERTIVS.

Canones Vau و

PRimò و in medio dictionis mobile per Fatham, poſt Keſram interdum in ى mutatur, vt ثِيَابٌ pro ثِوَابٌ

Secundò و in medio dictionis habens poſt ſe aliud و quieſcens, ſæpè id expellit, vt

رُؤُوسٌ pro رُوسٌ طَاوُوسٌ pro طَاوُسٌ

Tertiò و finale poſt Fatham nequit moueri, ſed abiecta ſua vocali, & reiecto ad Fatham Nun vocali, ſi quod adſit, quieſcit, in ا mutata, ſi ſit tertia dictionis litera, aut in ى conuerſa, ſi quarta, aut vlterior, vt

عَصَوٌ pro عَصًا عَـزَوَ pro عَـزَا

مُعْطَوٌ pro مُعْطًى يغْـزُوَ pro يغْـزَى

Quartò و finale poſt Dhamma, non fert Dhamma, vel Keſram, ſed ijs abiectis quieſcit, vt

رَدُوٌ & رَدُوٍ pro رَدُو ſi adſit Nun vocale, id retrocedit, & و excidit, vt أَدْلُوٌ & أَدْلُوٍ pro أَدْلٍ

Quintò و finale poſt Keſram, in ى mutatur, vt رَضِوَ pro رَضِيَ

Sextò و ſeruile in fine dictionis ne eam terminet, adſciſcit Aliph otioſum, vt رَمَوْ pro رَمَوْا نَصَرُو pro نَصَرُوا

§. QVARTVS.

Canones Ie ى

PRimò ى in medio dictionis, mobile per Fatham, poſt Dhamma, interdum in و mutatur, vt رُمَيَانٌ pro رُمَوَانٌ

Secundò ى in medio dictionis, habens poſt ſe aliud ى quieſcens; ſæpè id expellit, vt رَيْيِسٌ pro رَيِسٌ

Tertiò ى finale poſt Fatham nequit moueri, ſed abiecta ſua vocali, & reiecto ad Fatham Nun vocali, ſi quod adſit, inſtar Aliph quieſcit, vt

أُوَلَيٌ أُوَلَيٍ أُوَلَيًا pro أُوَلَى

فَتَيٌ فَتَيٍ فَتَيًا pro فَتًى

Si aliud ى præcedat, mutatur in ا vt هَدَايِيُ pro هَدَايَا *excipiuntur* رَبِيٌ & يَحْيَى

Quartò ى finale poſt Keſram, non fert Dhamma, vel Keſram, ſed ijs abiectis, quieſcit, vt حَافِيُ & حَافِيٍ pro حَافِي ſi adſit Nun vocale, id retrocedit, & ى excidit, vt رَامِيٌ & رَامِيٍ pro رَامٍ

Quin-

Quintò ى finale poſt Dhamma, id in Keſram mutat: ipſum non mutatur, vt

أَيْدِىٌ pro أَيْدُىٌ   تَمَنِّى pro تَمَنُّى

Etiam intercedente و quod in ى vertitur, vt مَرْمِىٌّ pro مَرْمُوىٌ

§. QVINTVS.

Canones Vau و & Ie ى

PRimò و & ى mobiles, ante و & ى quieſcentes excidunt, vocali ſua abiecta, ſi præcedat Fatha; (cum qua quieſcens diphthongeſcit,) aut reiecta in locum præcedentis vocalis, ſi ea ſit Dhamma vel Keſra, vt

رَمَوْا	pro	رَمَيُوا
تَغْزِينَ		تَغْزُوِينَ
أُغْزِى		أُغْزُوِى
عَازُونَ		عَازُوُونَ
يَرْمُونَ		يَرْمِيُونَ

Secundò و & ى mobiles, ante literam mobilem, poſt Fatham, ſæpè in Aliph quieſcens mutantur, vt

قَامَ pro قَوَمَ   سَارَ pro سَيَرَ

Tertiò و & ى ita concurrentibus, vt prior vocalem non habeat, mutatur و in ى; duo quæ ى per teſcdid coaleſcunt, vt أَيَّامٌ pro أَيْوَامٌ

Quartò و & ى finales, poſt Aliph ſeruile in Hamzam mutantur, vt

رِدَآءٌ pro رِدَاىٌ   سَمَآءٌ pro سَمَاوٌ

Obſeruatio prima: *Cùm in hiſce canonibus literæ* ا و ى *vocali alicui poſtpoſita dicuntur, immediata intelligitur poſtpoſitio, non intercedente ſcilicet Giezma, vt litera quieſcente expreſſa, vel latente in Teſcdid, vt fit in* ـ

سُطُوٌ سُطُوٌّ	إِتِي إِتِّى
عُدُوٌ عُدُوٌّ	رُقِى رُقِىٌّ
	مَرْمِيُونَ تَحْوِيلٌ

Ob-

Obſeruatio ſecunda: *Affixa cenſentur Aliph in medium collocare non* و *&* ى *vt*

مُسَاهُ	مَاوَةُ	non		مَاءَهُ
مَاهُ	مَايَتِهِ			مَاءَهُ
رمى	رَمِيَهُ			رَمِيَهُ
عَزَا	عَزَاهُ			عَزوَهُ

CAPVT OCTAVVM.

De Characteribus Hebræorum, quibus Turcica, atque Arabica deſcribuntur.

HEbræi Orientales, vt Turcas, atque Arabes, ipſorum ſcripta laterent; Turcicos atque Arabicos codices ſuos, vſi ſunt, Hebraicis literis exſcribere: vt Syri, Syriacis: de his quoque in Apoſtolicorum hominum gratiam, hic nos, & Capite ſequenti dicemus: Arabicis literis ſingulis, ſingulas Hebraicas primò ſubijcientes; vt vtriuſque Alphabeti correſpondentia & ſubſtitutio, facilè videatur.

خ	ح	ج	ث	ت	ب	ا
כ̇	ח	ג	ת̄	ת	ב	א
ص	ش	س	ز	ر	ذ	د
צ	ש	ס	ז	ר	ד̄	ד
ق	ف	غ	ع	ظ	ط	ض
ק	פ̄	ג̄	ע	ט̇	ט	צ̇
ى	و	ه	ن	م	ل	ك
י	ו	ה	נ	מ	ל	כ

Sic communiter hæ pro illis ſubſtituuntur: ſed, vt moris noſtri eſt, Hebraicarum formas, nomina, & poteſtates ex ordine in tabula, per columnulas oſtendamus.

§. PRI-

§. PRIMVS

Literarum Hebraicarum.

Valor.	Appellatio.		Figura.	Numerus.	Ordo.
ا Arabicum	Aleph	אָלֶף	א	I	1
B Græcum ſiuè V conſ.	Beth	בֵּית	ב	II	2
G & Gh	Ghìmel	גִּימֶל	ג	III	3
D & Dh	Dàleth	דָּלֶית·	ד	IV	4
H	Hè	הֵא	ה	V	5
V conſonans	Vàu	וָו	ו	VI	6
ζ Græcum	Zàijn	זַיִן	ז	VII	7
Ch	Chèth	חֵית	ח	VIII	8
T	Tèth	טֵית	ט	IX	9
I conſonans	Iòd	יוֹד	י	X	10
C & Ch	Càph	כָּף	כ	XX	11
Ch	Chàph finale		ך	D	
L	Làmed	לָמֶד	ל	XXX	12
M	Mèm	מֵם	מ	XL	13
M	Mèm finale		ם	DC	
N	Nùn	נוּן	נ	L	14
N	Nùn finale		ן	DCC	
S	Sàmech	סָמֶךְ	ס	LX	15

Va-

Aſpiratio denſiſſima vt ع Arabicum.	Ain, vel Nhgàin	עַיִן	ע	LXX	16
P & Ph	Pè, vel Phe	פֵּא	פ	LXXX	17
Ph	Phè finale		ף	DCCC	
Tſ	Tsàde	צָדֵי	צ	LXXXX	18
Tſ	Tsàdc finale		ץ	DCCCC	
Cq	Cqòph	קוֹף	ק	C	19
R	Rèſc	רֵישׁ	ר	CC	20
Sc	Scìn	שִׁין	שׁ	CCC	21
S	Sìn	שִׂין	שׂ	punctatum in ſiniſtro cornu	
T & Th	Tàu	תָו	ת	CCCC	22

HÆ igitur Hebræorum literæ, quas ipſi אוֹתִיּוֹת Othioth vocant, vt de Turcicis, atque Arabicis dictum eſt, omnes ſunt conſonantes; earumque nomina ad vnum, aliquid quidem ſignificant, vel iuxta ſonum quo efferuntur, vel quam habent figuram: nam exceptis ה He, ח Cheth, ט Theth, מ Mem, & נ Nun, quæ à ſono quem exprimunt, ferè in pluribus linguis idem nomen ſortitæ ſunt, licet primam *vermem punici*, alteram *quadrupedem*, tertiam *innolucrum*, quartam *maculam*, quintam *piſcem* interpretetur *Caninius*: א Aleph quaſi אַלּוּף Alluph ſignificat *princeps*, eo quòd ſit principium Alphabeti, inquit *Bellarminus* in Grammatica Hebræa: ſed quia prima naſcentium vox, ait *Iulius Scaliger*. *Angelus Caninius Anglarenſis* אֶלֶף *Bouem* interpretatur; ita etiam *Ioſephus Scaliger* in Euſebij notis: Bouem autem ob vtilitatem, animalium principem æſtimabant. ב Beth ideſt *domus*, quòd figura ſua, domum imitetur: ſumma enim linea tectum, infima pauimentum, media parietem, vacuitas è regione portam refert. *Bellarminus*, *Caninius*,

Cheu-

Cheualerus. ג Ghimel quaſi גָמָל Ghamal, *camelus*, propter gibbum, quem in dorſo habet. ד Daleth quaſi דֶלֶת Deleth, *porta*, quòd eam ſuis lineis, aliqua ex parte referat. ו Vau, *vncinus*, quòd ei ſimilis videatur. ז Zain quaſi זֵין Zen, *telum*, quòd clauæ ſimilitudinem præſe ferat. י Iod, *manus*, inquit *Caninius*, ſed *Cheualerus* & *Bellarminus* quaſi יַד Iad, *ſpatium*, quòd ob exilitatem ſuam vacuum relinquit. כ Caph, *palmam* interpretatur *Caninius*: Alij à verbo כָּפַף Chaphaph, quod eſt *incuruare*, eſt enim tota curua. ל Lamed à מַלְמַד Malmad, *ſtimulo*, *veru*, cuius ſimilitudinem refert. ס Samech, *baſis*, inquit *Caninius*: ſed quaſi סָמוּךְ Samuch, *continuatum*, & *in ſe ductum* ait *Bellarminus*, à verbo סָמַךְ Samach, *continuauit*. ע Nghein vel Ain, *fons* Caninio; Bellarmino interprete *oculus*, quòd eius figuram imitetur. פ Pe, *os*, ſeù *vultus*, ab eiuſdem figura. צ Tſade, *venabulum*, *hamus*, quòd ei non diſſimilis videatur. ק Coph ex *Caninio* ſignificat *ſimium*, ſed ex aliorum ſententia, dicitur à verbo קוּף Cuph, quod eſt *circuire*: ר Reſc quaſi רֹאשׁ Roſc, *caput*, quod quidem curuitate ſimilat. ש Scin, quaſi שֵׁין Scen, *dens*, quòd dentata ſit litera. ת Tau *ſignum*, *terminus*, quòd claudat Alphabetum, ſicut Aleph inchoat. Vide etiam *Pagninum* lib. 1. Inſtit. cap. 3. *Mart. Gilbertum* de literis Hebræorum. *Paulum Scaligerum* in Epitomio Cathol. lib. 12. pag. 563. & 764. *Georgium Venet.* lib. problem. tom. 1. ſect. 1. probl. 5. *Ioannem Goropium* in ſua Hieroglyphica, & alios. Nos verò has nominum ſignificationes retulimus, quòd ex his veluti fontibus quibuſdam, deriuata eſſe nomina aliarum omnium literarum, veteres omnes doceant, Hebræi, Græci, & Latini, vt *Ioſephus* lib. 1. Antiquit. cap. 4. *Eupolemus* apud *Clementem Alexandrinum* lib. 1. ſtromat. *Auguſtinus* lib. 18. de ciuitate Dei, & *Euſebius* lib. 9. cap. 4. & lib. 10. cap. 2. de præparat. Euang., qui, vt annotat *Bellarminus*, ex eo demonſtrat, primas omnium literarum fuiſſe Hebraicas, quòd ſolæ Hebraicę literę nomina habent ſignificatiua.

Sed deinde ſecundùm figuras, hæ octo & viginti ſunt, ob duplices ſimileſque literas; & quidem priores in ordine, ideſt contractiores, quæ ſcribuntur in

principio & in medio dictionis, ab Hebræis vocantur literæ מְרוּבָּעוֹת *quadrata*, eò quòd apud ipſos ſint plenæ myſterijs, vt videre eſt apud *Nebriſſ.* ſuper Pſal. 103. dicuntur etiam כְּפוּפוֹת id eſt *reflexæ*: quinque verò finales, quæ ſolùm in fine dictionis ſcribuntur, vocantur פְּשׁוּטוֹת *extenſa*; מ tamen non finale dicunt פְּתוּחָה ideſt *apertum*, & finale ם, סְתוּמָה ideſt *clauſum*. Ex his aduerte quaſdam inter ſe eſſe ſimillimas, quarum figuras ſubiecimus, ita vna alteri ſupponatur.

ב Bèth ג Ghìmel ד Dàleth ה Hè ו Vàu ט Tèth ם Mèm
כ Càph נ Nùn ר Rèſc ח Chèth ז Zein מ Mèm ס Sàmech

Sequentes etiam ferè eiuſdem ſunt ſoni

ס כ ט ז ה
שׂ ק ת צ ח

Sed hæ ſex duplicem ſonum habent:

בּ B גּ G דּ D כּ C פּ P תּ T

ב Vconſ. ג Gh ד Dh כ Ch פ Ph ת Th

Et punctulus ille, literis inſcriptus, ab Hebræis דָגֵשׁ Dagheſc dicitur: quod quidem eſt duplex: alterum forte, cuius officium, inſtar Teſcdid, eſt ſonum literæ, cuius gremio inſcribitur, conduplicare: alterum lene, cuius ſunt capaces ſex, quas ſuperiùs diximus. Ratione verò inſtrumentorum, quorum ope pronuntiantur, inſtar Arabicarum, & Turcicarum, ita Hebræorum literæ diuiduntur, vt

Quædam dicantur	הַשָּׂפָה	אוֹתִיוֹת Literæ	Labij	בומף
	הַשִּׁנַּיִם		Dentium	זסשרץ
	הַלָּשׁוֹן		Linguæ	דטלנת
	הַחֵיךְ		Palati	גיכק
	הַגָּרוֹן		Gutturis	אהחע

Poſtre-

Poſtremò vt in ipſa Alphabeti tabula oſtendimus, omnem ſupputandi rationem Hebræi, per haſce literas indicant; quas quidem diſtinguunt in Vnitates, Decades, Centurias, & Myriades: ſignantque hoc modo:

9	8	7	6	5	4	3	2	1	
ט	ח	ז	ו	ה	ד	ג	ב	א	Vnitates
90	80	70	60	50	40	30	20	10	
צ	פ	ע	ס	נ	מ	ל	כ	י	Decades
900	800	700	600	500	400	300	200	100	
ץ	ף	ן	ם	ך	ת	ש	ר	ק	Centuriæ

vel his inter ſe compoſitis

1000	900	800	700	600	500
תתר	תתק	תת	תש	תר	תק

7000	6000	5000	4000	3000	2000	1000	
זא̈	וא̈	הא̈	דא̈	גא̈	בא̈	א̈	Millenariæ

Sic de reliquis: & ſimiliter additis Decadibus, & Centurijs, fiunt Decades; aut Centuriæ Millenariæ. Vnitates verò ſic componunt:

19	18	17	16	15	14	13	12	11
יט	יח	יז	יו	טו	יד	יג	יב	יא

41	40		32	31	30	22	21	20
מא	מ	&c.	לב	לא	ל	&c. כב	כא	כ

Et ſic de alijs. Aduerte autem pro יה 15 ſcribi ab Hebræis טו quia יה eſt vnum ex nominibus Dei, quo minimè vti volunt in rebus prophanis.

§. SECVNDVS.

De Punctis, quæ נְקֻדּוֹת Necuddot, ſeû vocalibus, quas ; vt Arabes & Turcæ, תְּנוּעוֹת Thenunghoth, ideſt, motiones appellant.

VOcales diuiduntur ab Hebræis in quinque גְּדוֹלוֹת ideſt, *Magnas*, ſeû *Longas*; & in quinque קְטַנּוֹת ideſt, *Paruas*, ſeû *Breues*: vel in מְלָכִים ideſt, *Reges*; & in עֲבָדִים ideſt, *Miniſtros*, & *Seruos*. Quarum hæc eſt adiuncta literæ ב Beth.

Figura	Appellatio	Poteſtas	Figura	Appellatio	Poteſtas
קָמֵץ בָ	Camèts	A longum.	פַּתַח בַ	Pathàch	A breue.
צֵרִי בֵ	Tsère	E longum.	סֶגוֹל בֶ	Seghòl	E breue.
חִירִיק גָדוֹל בִי	Chir. gad.	I lon.	חִירִיק קָטוֹן בִ	Ch. c.	I breue.
חוֹלֶם בוֹ בֹ	Chòlem	O longum.	חֲטֵף קָמֵץ בֳ		O breue.
שׁוּרֶק בוּ	Sciùrec	V longum.	קִבֻּץ בֻ	Kibbùts	V breue.

Sic omnia puncta ſubſcribuntur ad pedes conſonantium, excepto Chòlem, quod ſupra ad latus ponitur, & Sciùrec quod in ventre Vau. Deinde Camèts, dicitur à verbo קָמַץ Camats, quod eſt *colligere*, quia collecto ore obſcurè profertur. Pathach a verbo פָּתַח Pathach, quod eſt *aperire*, quia aperto ore clarè pronuntiatur. Tſere à verbo צוּר Tſur, quod eſt *coarctare*, quia ab Hebræis profertur obſcurè, vt E Italicum, inquit *Bellarminus*, in vocibus *pena*, & *penna*. Segol à nomine סְגוּלָא Segulla, quod apud Chaldæos *botrum*, ſignificat, cuius formam imitari videtur. Camèts Chateph, ideſt, Camets *raptum*, nam חָטַף Chathaph, *rapere* ſignificat. Kibbuts à verbo קָבַץ Kabats quod eſt *congregare*: quia labijs collectis ab Hebræis effertur, vt V Gallicum.

Chi-

Chiric gàdol, Chiric caton, Chòlem, & Sciurech, à fono, quem edunt, nomen accepiſſe videntur. Puncta verò rapta ſiuè compoſita triplicia ſunt:

Chatèph camèts	ָ :	O	קָמֶץ	חָטֵף
Chatèph patàch	ַ :	A	פַּתַח	
Chatèph ſegòl	ֶ :	E	סֶגוֹל	


HÆc ab Hebræis inuenta ſunt propter literas gutturales; & componuntur ex Sceua, quod conſtituitur ex duobus punctulis vno ſuper aliud perpendiculariter poſito, hoc modo : & quidem שְׁבָא Sceua ſub literis, interdum quieſcit, interdum ſonat: quum ſonat idem valet quod E breuiſſimum, & ſyllabam conſtituit cum ſua litera conſonante, more aliarum vocalium: quod apud Hebræos accidit *I* in principio dictionis, *II* poſt vocalem longam, niſi ſit notata accentu grammatico, *III* quando eſt ſub litera notata Dagheſc, *IV* quando duo Sceuaim concurrunt, & *V* quando eſt ſub litera geminata vel ſimili. Quum verò quieſcit, nullum ſonum exhibet auribus, neque ſyllabam conſtituit: ſed inſtar Arabici Eſſocuni, trahit literam ſibi impoſitam ad præcedentem, vt cum ea ſyllabam componat. Superſunt etiam alia duo puncta, quæ etſi vocalium munere non funguntur, pronuntiationem tamen, plurimùm iuuant. Ea ſunt דָּגֵשׁ Dagheſc, & רָפֶה Raphe: illud ſupra explicauimus: ſed Raphe eſt linea quædam literæ ſupraſcripta hoc modo ב̄ quæ ſignificat literam eſſe molliùs pronuntiandam quàm ſi haberet Dagheſc. Itaque literæ בּ גּ דּ כּ פּ תּ cum Dagheſc leni, vt ait *Bellarminus*, pronuntiantur leniùs B, G, D, C, P, T, ſi verò habeant Raphe ב̄ ג̄ ד̄ כ̄ פ̄ ת̄ pronuntiantur aſperiùs ב̄ vt V conſonans, ג̄ vt Gh, ד̄ vt Dh, כ̄ vt Ch, פ̄ vt Ph, ת̄ vt Th. Eſt & aliud punctum quod inſcribitur ab Hebræis ſoli literæ הּ & dicitur מַפִּיק Mappic, ideſt, *eductor*, quia educit ſonum, dum facit vt litera ſonet, quæ alioqui quieuiſſet. Demùm accentus Hebræis triplex eſt, Rhetoricus, Grammaticus, Muſicus. Muſicus deſignat totum quo ſyllaba cani debet: Grammaticus attollit ſyllabam, & diſtinguit orationem: Rhetoricus retinet ſyllabam, vel coniungit cum alia ornatus gratia; & hic quadruplex eſt: primus dicitur

Methegh cuius officium eſt retinere ſyllabam, quam afficit ne nimis celeriter pronuntietur; & ſcribitur ſub litera hoc modo ב, ſecundus dicitur Mazze, cuius idem eſt officium, & ſcribitur ſupra literam ſic ב, tertius dicitur Gahaia, & eſt retinaculum ſolius puncti Sceua: quum Methegh & Mazze alijs punctis adiungitur, ſcribitur autem ſic ב, quartus dicitur Maccaph, & coniungit vnam dictionem cum alia, inſtar Vaſli Arabici, & ſcribitur inter duas dictiones hoc modo כל־גוי Colgoi Hebraicè, *omnis gens*. Accentus Grammatici triginta & vnus numerantur, viginti reges, & vndecim miniſtri, qui omnes acuunt ſyllabam quam afficiunt, & præterea diſtinguunt orationem: horum verò quatuor ſunt præcipui. Primus dicitur Soph paſuk ſiuè Siluc, qui acuit ſyllabam, & diſtinguit periodos: ſcribitur autem ſub litera inſtar Methegh ב. Secundus Athnach, qui ſic ſub litera pingitur ב. Tertius Zakeph caton, ſcribitur vt Sceua ſupra literam ſic ב. Quartus eſt Reuia, qui ſupra literam in medio ſcribitur, vel ad latus dextrum ב vt differat à puncto Cholem. Sed de his & reliquis omnibus, fusè in Grammatica Hebræa, quam vel Deo fauente noſmet typis dabimus, vel Pater *D. Zacharias Paſqualigus*, Clericus regularis, Sacræ Theologiæ Profeſſor; vir quidem doctus, & linguarum eruditione ornatiſſimus, qui de Hebraico & Syriaco ſiuè Chaldaico ſermone, inſigne Opuſculum ſcripſit, luce & laude digniſſimum.

CAPVT NONVM.

De Syriacæ ſiuè Chaldaicæ linguæ elementis, quæ ad ſcribendos Turcarum, atque Arabum Codices adhibentur.

ET hìc quoque, vt in ſuperiori capite egimus, Turcicis atque Arabicis literis, correſpondentes Chaldaicas ſupponamus, quæ deinde Syrorum more, ſequenti paragrapho diſponentur.



§. PRIMVS.

De numero, ordine, appellatione, & valore literarum Chaldaicarum.

TRes potiſſimùm literarum ſpecies apud Syros, ſeù Chaldæos ferè reperiuntur: quarum prima appellatur ܐܣܛܪܢܓܠܐ Eſtranghelo, à qua vt ait *Georgius Amira in Grammatica linguæ Chaldaicæ lib. 1. cap. 1.* non multùm diſtat ea characteris ſpecies, qua vtuntur Neſtoriani, & nonnulli, natione quidem Græci, (ſeù vt communiter in Syria appellantur) Melchitæ: idiomate verò Arabes. Secunda vocatur ܦܫܝܛܐ Fſcitto, ideſt *ſimplex*, vel ܣܪܛܐ Sertto, ideſt *linea*, quia ſimplicibus lineis pingitur: Tertia dicitur ܥܣܝܦܐ Eeſiſo, ideſt *duplicatus*, vel ܡܫܬܪܝܢܐ Meſſtariono *ſciſſus*, *diuiſus*; quia videlicet duplicatis, diuiſis, & quaſi in medio ſciſſis lineis figuratur. Prima eſt omnium antiquiſſima: Secunda eſt recentior, & ſcriptu facilior: Tertia ornatus gratia, varijs coloribus decorata, in ſcribendis titulis vſurpatur. Omnes verò præter vltimam, cuius rarior eſt vſus, in ſubiecta tabella conſpiciuntur.

Literarum Syriaci, ſiuè Chaldaici characteris

Nomen,		Valor,	Figura		
			Simplex,	Neſtoriana,	Eſtranghelo
Aleph	ܐܠܦ	A	ܐ	ܐ	ܐ
Beth	ܒܝܬ	B	ܒ	ܒ	ܒ
Ghomal	ܓܡܠ	Gh	ܓ	ܓ	ܓ
Dolath	ܕܠܬ	D	ܕ	ܕ	ܕ
He	ܗܐ	H	ܗ	ܗ	ܗ
Vau	ܘܐܘ	V	ܘ	ܘ	ܘ
Zain	ܙܝܢ	Z	ܙ	ܙ	ܙ

Hheth

Nomen,		Valor,	Figura, Simplex,	Neſtoriana,	Eſtranghelo
Hheth	ܚܝܬ	Hh	ܚ	ܚ	ܚ
Tteth	ܛܝܬ	Tt	ܛ	ܛ	ܛ
Iud	ܝܘܕ	I	ܝ	ܝ	ܝ
Kof	ܟܦ	K	ܟ	ܟ	ܟ
Lomad	ܠܡܕ	L	ܠ	ܠ	ܠ
Mim	ܡܝܡ	M	ܡ	ܡ	ܡ
Nun	ܢܘܢ	N	ܢ	ܢ	ܢ
Semkath	ܣܡܟܬ	S	ܣ	ܣ	ܣ
Ee	ܥܐ	Aa	ܥ	ܥ	ܥ
Fe	ܦܐ	F	ܦ	ܦ	ܦ
Sſode	ܨܕܐ	Sſ	ܨ	ܨ	ܨ
Qof	ܩܘܦ	Q	ܩ	ܩ	ܩ
Riſc	ܪܝܫ	R	ܪ	ܪ	ܪ
Scin	ܫܝܢ	Sc	ܫ	ܫ	ܫ
Tau	ܬܘ	T	ܬ	ܬ	ܬ

Et hæ etiam literæ, inſtar aliarum, in ſequentes claſſes à Syris diſtribuuntur.

ܓܓܪܝܘܬܐ Gagroiotho, ideſt, *gutturales*: ܥ ܚ ܗ ܐ

ܕܚܟܐ Dhheko, ideſt, *palati*: ܟ ܩ ܓ ܝ

ܕܠܫܢܐ Dleſciono, ideſt, *linguæ*: ܕ ܛ ܠ ܢ ܬ

ܕܣܦܘܬܢܝܘܬܐ Sefuothonoiotho, ideſt, *labiales*: ܒ ܘ ܡ ܦ

ܕܫܢܐ Dſcene, ideſt, *dentium*. ܫ ܪ ܨ ܣ ܙ quæ quidem, ſi excipias ܪ à Chaldæis appellantur ܡܫܪܩܢܝܘܬܐ Maſcercqoniotho, ideſt, *ſibilantes*; quia dum exprimuntur, ſibilant: vel dicuntur ܪܘܚܢܝܘܬܐ Ruhhonoiotho, ideſt, *ſpirituales*; quia cum quodam ſpiritu exeunt. Quæ omnes, vt memoria teneantur, ſequentes dictiones ediſcendæ à tyronibus: in quibus literæ, eodem Alphabeti ordine comprehendûntur.

ܐܒܘ

ܐܒܓܕ ܗܘܙ ܚܛܝ ܟܠܡܢ ܣܥܦܨ ܩܪܫܬ abgadh hauaz hhatti kalman ſaa-ſas cqarſciat.

Sed ne vnam pro alia accipiamus, aduertendum eſt quaſdam literas habere figuram quaſi ſimilem, ſonum verò diuerſum, & ſunt iſtæ. Quarum diſcrimen fa- ܐ ܒ ܠ ܕ cilè diſcernes, ſi vel lineas, vel puncta literarum inſpicias; nam ܙ ܟ ܥ ܪ Zain breuiorem habet lineolam, quàm ܐ Alef. ܟ Kaf ſit tractu magis circumducto & obtuſo, quàm ܒ Beth. ܥ Ee habet breuiores lineolas, quàm ܠ Lomad. Aliæ etiam figuram habent diuerſam, ſed ſonum aliquo modo ܘ ܣ ܛ ܡ ſimilem, vt ex ipſa tabula patet. Et demum ſunt quædam li- ܫ ܢ ܬ ܦ teræ, quæ iuxta duplicia puncta, in vario ſitu illis appoſita, habent duplicem ſonum varium. Hæ verò his duabus vocibus continentur ܒܓܕ ܟܦܬ Bghodh kfoth. Scilicet ܬ ܦ ܟ ܕ ܓ ܒ quæ ſi habeant punctum ex parte ſuperiori, dicuntur à Chaldæis ܡܩܫܝܢܘܬܐ Mcqaſciotho, ideſt, *duræ*, *aſperæ*, vt ܬ T, ܦ P, ܟ K, ܕ D, ܓ Gh, ܒ: ſin verò ex parte inferiori, vocantur ܡܪܟܟܢܘܬܐ Mrakchotho, ideſt, *molles*, vt ܬ Th, ܦ F, ܟ Ch, ܕ Dh, ܓ Gh, ܒ Vi.

Numeros etiam inſtar Hebræorum, literis ſuis Syri exprimunt in hunc modum.

ܥ	ܣ	ܢ	ܡ	ܠ	ܟ	ܝ	ܛ	ܚ	ܙ	ܘ	ܗ	ܕ	ܓ	ܒ	ܐ
70	60	50	40	30	20	10	9	8	7	6	5	4	3	2	1
							ܬ	ܫ	ܪ	ܩ	ܨ	ܦ			

quas etiam more noſtro componunt, ad 400 300 200 100 90 80 varios compoſitos numeros oſtendendos. Sed quia prædictis literis ſimpliciter non poſſumus numerare niſi vſque ad 400, modum Syri excogitarunt, quo eiſdem literis omnes centeſimos, & milleſimos, nec non myriadas exprimerent, quas ipſi dicunt ܪܒܘܬܐ Rebuotho. Nam vt varios numeros centenos ſignificent, apponunt punctum ex parte ſuperiori his nouem literis. Vt verò varios millenos oſtendant, ſubdunt literis ex parte inferiori quandam lineolam, verſus dexteram, Keſri Arabum corpore ſimilem. Et vt myriadas, eandem iacentem literis ſubſcribunt;


ܨ̇	ܦ̇	ܥ̇	ܣ̇	ܢ̇	ܡ̇	ܠ̇	ܟ̇	ܝ̇
900	800	700	600	500	400	300	200	100

&c.	ܘ	ܗ	ܕ	ܓ	ܒ	ܐ
	6000	5000	4000	3000	2000	1000

&c.	ܗ	ܕ	ܓ	ܒ	ܐ
	50000	40000	30000	20000	10000

G vt

vt hic poſita exempla è regione indicabunt. Quum autem varia millia myriadum ſignificare volunt; ſubijciunt ad latus duas lineolas, in principio quaſi concurrentes i. in fine verò diſtantes ab inuicem: & cum illis coniungunt numerum minorem ſimplicium literarum. Item quando varia millia millium myriadum indicanda ſunt, duas lineolas addunt, vnam ex parte inferiori, alteram verò ſuperiori. Denique quum volunt ſignificare partes rerum diuiſarum (quas Latini vocant aliquotas) apponunt literis lineolam, ex parte ſuperiori, vt in propoſita tabula inſpiciendum.



§. SECVNDVS.

De Vocalibus, ſignisque alijs Chaldæorum.

Vocales à Chaldæis, vel inſtar Hebræorum, atque Arabum, nuncupantur ܙܘܥܐ Zauee *motus*, ſeù *motiones*: quòd videlicet per eas cònſonæ moueantur; aut certè, quia ipſæ nullo addito, per ſe moueantur, & ſonent. Vel vocantur ܢܩܘܫܝܬܐ Nqqoſciotho *pulſantes*; aut quòd ipſæ per ſe pulſent; aut certè, quòd conſonæ illis affectæ, ſtatim pulſum, ſonumque emittant. Vel dicuntur ܣܝܡܐ Siome *poſitiones*; quòd literis apponantur. Vel appellantur ܢܘܩܙܐ Nucqze, *puncta*; quum non ſint literæ, vt apud Latinos, Græcos, Armenios, & Iberes; ſed lineolæ, & puncta, vt apud Arabes, & Hebræos. Quamuis ego priores vocalium notas, quas in tabula proponemus, cum *Georgio Michaeli Amira* putem eſſe vocales Græcorum parumper immutatas. Ergo earum hæc eſt

Figu-

Figura	Poteſtas,		Nomen, ac Significatio	
ܰ vel ܵ	A, vt ܒܰ vel ܒܵ Ba	ܦܬܳܚܳܐ	Pthohho. ideſt, *Apertio*.	
ܶ vel ܶ	E longum, vt ܒܶ vel ܒܶ	ܪܒܳܨܳܐ ܐܰܪܺܝܟܳܐ	Ruoſſo Aricho	.i. *preſſio, calcatio*.
ܶ vel ܶ	E breue, vt ܒܶ vel ܒܶ	ܪܒܳܨܳܐ ܟܰܪܝܳܐ	Ruoſſo Kario	
ܺ vel ܺ	I breue, vt ܒܺ vel ܒܺ	ܚܒܳܨܳܐ ܟܰܪܝܳܐ	Hhuoſſo Kario	.i. *ſtrictio*.
ܺ vel ܺ	I longum, vt ܒܺܝ vel ܒܺܝ	ܚܒܳܨܳܐ ܐܰܪܺܝܟܳܐ	Hhuoſſo Aricho	
ܳ vel ܳ	O, vt ܒܳ vel ܒܳ	ܙܩܳܦܳܐ	Zeqoſo, ideſt, *ſublatio*.	
ܽ vel ܽ	V breue, vt ܒܽ vel ܒܽ	ܥܨܳܨܳܐ ܟܰܪܝܳܐ	Oſſoſſo Kario	.i. *compreſſio, coarctatio*.
ܽ vel ܽ	V longum, vt ܒܽܘ vel ܒܽܘ	ܥܨܳܨܳܐ ܐܰܪܺܝܟܳܐ	Oſſoſſo Aricho	

Ex hac tabella colligitur, priores notas, tam breuibus, quàm longis vocalibus eſſe communes; puncta verò non item: quamuis multi etiam Scriptores, vt obſeruat *Georgius Michael Amira* in Grammatica Syriaca, puncta illa bina paruula, faciant eſſe communia; & E tam longo, quàm breui, indifferenter attribuant. Vt autem in legendo ſe Tyrones exerceant; & literarum connexiones, ac vocalium poteſtates faciliùs aduertantur, hunc breuem Pſalmum ſubijciam.

ܫܰܒܰܚܘ ܠܡܳܪܝܳܐ ܟܽܠܟܽܘܢ ܥܰܡܡܶܐ: ܫܰܒܚܽܘܗܝ ܟܽܠܗܽܘܢ ܐܽܘܡܘܳܬܳܐ

emuotho kulhon ſciauhhoi: amę chulchun lmorio ſciabahh
Laudate Dominum omnes populi: laudate eum omnes gentes.

ܡܶܛܽܠ ܕܥܶܫܢܰܬ ܥܠܰܝܢ ܛܰܝܒܽܘܬܶܗ: ܘܫܰܪܺܝܪܽܘܬܶܗ ܕܡܳܪܝܳܐ ܠܥܳܠܰܡ

lolam moriau ſciariroit: traibutheh elain deſcinath mettul
Quoniam inualuit, ſeù roborata, *eſt ſuper nos gratia eius, verè Dominus eſt in ſæculum*.

DEmum notabis præter vocalium notas reperiri in libris Chaldæorum, ſub nonnullis literis partium orationis ad latus, quandam lineolam hoc modo ܒ݂ quæ indicat conſonantem illam, ſub qua cernitur, vel omni vocali eſſe deſtitutam, vel omninò occultari. Primum apud ipſos, frequentiſſimum

eſt in ſecunda perſona paſſiua modi imperatiui, vt ܐܫܬܒܩ Eſcitauq, *relinquere*, ܐܬܒܛܢ ethbattn, *concipere*. Secundum in his, atque alijs vocibus cernitur: ܐܢܫܐ noſcio, *homo*, ܒܪܬ bath, *filia*. Eſt præterea alia ſimilis lineola; quæ quum infra literam ad latus ponitur, ſignificat literam illam meditatione quadam & tarditate legi: quum verò ſupra literam conſtituitur; curſim velociterque legendam literam indicat: quo fit vt vel ܡܗܓܝܢܐ *meditari faciens*; vel ܡܪܗܛܢܐ *currere faciens*, appelletur. Habent etiam Syrj alia duo puncta numeri pluralis, quæ ad ſuperiorem vocis partem, quodam ordine ac proportione, tanquam quædam gemina æquè ſeſe reſpicientia apponuntur, vt videre eſt in hoc nomine ܟܬܒܐ kthoue *libri*. Sciendum tamen ſupra literam ܪ non duo ſed alterum tantum poni. Alia item apud ipſos ſunt puncta quæ vocibus, & verbis potiſſimum adiunguntur, vt tempora indicent, & perſonas: ſed de his & reliquis omnibus, conſule eruditiſſimum Opus Patris *D. Zachariæ Paſqualigi* Clericl Regularis breui typis cudendum. Hæc de orthographia, quæ ad Turcarum, atque Arabum Codices ſpectat, ſatis ſit docuiſſe. Mox in ſequenti parte de linguæ Turcicæ rudimentis dicemus; Arabica in tertia tradituri.

PARS

PARS ALTERA
DE LINGVÆ TVRCICÆ RVDIMENTIS.

TVRCARVM Διάλεκτος Venerabilis Viri D. Iacobi Stephanij teſtimonio nobilis, vt in ſua re Grammatica profitetur, omnium aliarum linguarum facillima eſt. Eius partes eædem ſunt, atque apud nos, niſi quòd præpoſitio *poſtpoſitio* dicenda eſt, eò quod calci nominum affigatur. Nos de primis quatuor; quæ per caſus vel per tempora variantur, fuſiùs ſermonem inſtituemus: reliquæ inuariabiles, à Dictionarijs & Lexicis petendæ ſunt.

CAPVT PRIMVM.

De Nomine, & quinque eius accidentibus.

NOmen prima Orationis pars, ab Arabibus vocatur ٱلْاِسْمُ alaſmo; & quinque habet accidentia: quæ alibi à nobis recenſita, hic tribus paragraphis explicantur.

§. PRIMVS,

De Genere, Numero, & Caſu Nominum Turcicorum.

GEnus quod dicunt Arabes ٱلْجِنْسُ algenſo, vt apud Iberos, ſic apud Turcas, vnicum eſt, & inuariabile. Nam كُوزَلْ Ghiuzel exempli gratia, ſignificat *pulcher*, *pulchra*, *pulchrum*; قَرَهْ Carà *niger*, *nigra*, *nigrum*; بُيُوكْ Boiuk *magnus*, *magna*, *magnum*: كُوزَلْ آدَمْ Ghiuzel adam, *pulcher homo*, كُوزَلْ عَوْرَتْ Ghiuzel auret, *pulchra fœmina*; كُوزَلْ حَيْوَانْ Ghiuzel Hhaiuan, *pulchrum animal*.

Numerus, qui ab Arabibus dicitur ٱلْعَدَدُ aladedo, duplex eſt apud Turcas: ſingularis, quem ij vocant ٱلْمُفْرَدُ almoſrado, & pluralis ٱلْجَمْعُ algiamoho;

nam اَلْمُثَنّى *dualis* ab Arabibus vſurpatur. Formant ergo Turcæ pluralem numerum, addita ſingulari ſyllaba لَرْ; vt exempli gratia: أَدَمْ Adam *homo*, أَدَمْلَرْ Adamlar *homines*, عَوْرَتْ Auret *mulier*, عَوْرَتْلَرْ Auretler *mulieres*; أُوغْلَانْ Oghlan *puer*, أُوغْلَانْلَرْ Oghlanlar *pueri*; أَرْ Er *vir*, أَرْلَرْ Erler *viri*.

Caſus per quos nomina inflectuntur, ſunt ſex, qui ab Arabibus dicuntur: اَلْمُبْتَدَا *Nominatiuus*, اَلْأِضَافَة *Genitiuus*, اَلْمَفْعُولْ لِأَجْلِهِ *Datiuus*, اَلْمَفْعُولْ بِهِ *Accuſatiuus*, اَلْمُنَادَى *Vocatiuus*, اَلْمَفْعُولْ مَعَهُ *Ablatiuus*. Nomina ergo Turcica, per eos declinanda, multifariè terminantur; nam in quamcumque Alphabeti literam, ferè ſunt, quæ deſinant; vt videre eſt in hac tabula.

قَلَا ا *Caſtrum.*	أَرْ ر *Vir.*	رَفْ ف *Corona,*
حِسَابْ ب *Logiſticè.*	دَكِزْ ز *Mare.*	دِرْسَكْ ك *Cubitus.*
طُوبْ پ *Bombarda.*	أَلْمَاسْ س *Adamas.*	چَكْ ڭ *Tintinnabulum.*
بُولُتْ ت *Nubes.*	بَاشْ ش *Caput.*	بَالْ ل *Mel.*
يَافِثْ ث *Iaphet filius Noë*	رَقْصْ ص *Chorea.*	قُمْ م *Arena.*
تَاجْ ج *Corona.*	عِوَضْ ض *Præmium.*	قَلْقَانْ ن *Parma, pelta.*
قَدَحْ ح *Cyathus.*	پَلُوطْ ط *Glans.*	قَپُو و *Ianua.*
زِرِخْ خ *Thorax.*	لِحَاظْ ظ *Extremitas oculi.*	دُدَهْ ه *Anus.*
حَاچْ چ *Crux.*	بَيْعْ ع *Arrha.*	آيْ ى *Luna.*
قَنَادْ د *Penna.*	طَمَاغْ غ *Palatum.*	
بَغْدَاذْ ذ *Babylon.*	بَالِقْ ق *Piſcis.*	

Ex his ergo generaliter nomina, quæ in conſonas exeunt, ڭ Agemi in Genitiuo recipiunt, quod ferè eſt pronuntiandum, paulò plùs quàm ن Nun, vt

vt ſuo loco monuimus ; ه in Datiuo, quod tamen parum, aut nihil eſt proferendum: ſed vel in E, vel in A exibunt nomina ; in Accuſatiuo ى I ; & in Ablatiuo particulam دن quæ vel *den* vel *dan*, iuxta prioris vocalis ſonum debet pronuntiari : vt *ler*, vel *lar* ſyllaba, quæ recto numeri pluralis adiungitur. Aduertendum tamen nonnunquam vel *ten*, vel *tan*, eſſe pronuntiandam ; vt 1. p. & cap. 2. docuimus de litera د. Demum Diacritica Vocatiui, qui alioqui Nominatiuo ſimilis, eſt particula يا *ia* vel اى *i*. Scribuntur verò eæ characteriſticæ, vel ſeparatim, vel coniunctim, vt libet ; exempli gratia:

PARADIGMATA

Nominum primæ Declinationis.

			Singularit.			
عورت	Aurèt	*mulier*	Nomin.	*homo*	Adam vel adem	ادم
عورتك	Auretùngh	*mulieris*	Genit.	*hominis*	Adamungh vel ademungh	ادمك
عورته	Auretè	*mulieri*	Datiuo	*homini*	Adamà vel ademe	ادمه
عورتى	Auretì	*mulierem*	Accuſ.	*hominem*	Adamì vel ademì	ادمى
يا عورت	ia Auret	*ò mulier*	Vocat.	*ò homo*	ia Adam vel adem	يا ادم
عورتدن	Aurettèn	*à muliere*	Ablat.	*ab homine*	Adamdan vel ademden	ادمدن
			Pluralit.			
عورتلر	Auretler	*mulieres*	Nomin.	*homines*	Adamlàr vel ademlèr	ادملر
عورتلرك	Auretlerungh	*mulierum*	Genit.	*hominum*	Adamlarungh vel ademlerungh	ادملرك
عورتلره	Auretlerè	*mulieribus*	Datiuo	*hominibus*	Adamlarà vel ademlerè	ادملره
عورتلرى	Auretlerì	*mulieres*	Accuſ.	*homines*	Adamlarì vel ademlerì	ادملرى
يا عورتلر	ia Auretlèr	*ò mulieres*	Vocat.	*ò homines*	ia Adamlàr vel ademlèr	يا ادملر
عورتلردن	Auretlerdèn	*à mulieribus*	Ablat.	*ab hominibus*	Adãlardàn vel ademlerdèn	ادملردن

Quandoque etiam non in اڭ *Vngh*, ſed in اڭ *Ingh*, nomina declinantur ;

iuxta

iuxta locorum, hominumque conſuetudinem. Ea verò, quæ in has literas وى ا motionibus affectas exeunt, ſeù quæ vocali, vel ه finiuntur, aſſumunt in genitiuo ن ante ك ſic ڭ & ſonat vt *nungh*, & in datiuo ى *i*, exempli gratia.

PARADIGMATA
Nominum ſecundæ declinationis.

			Singularit.			
ايلچى Elcì	*legatus*	Nomin.	*pater*	Babà	بابا
ايلچينڭ Elcinùngh	*legati*	Genit.	*patris*	Babanùngh	باباڭ
ايلچيه Elciie	*legato*	Datiuo	*patri*	Babaià vel iè	بابايا
ايلچيى Elcìì	*legatum*	Accuſ.	*patrem*	Babaì	باباى
يا ايلچى ia Elcì	*ò legate*	Vocat.	*ò pater*	ia Babà	يا بابا
ايلچيدن Elcidèn	*à legato*	Ablat.	*à patre*	Babadan vel den	بابادن

In plurali numero, ſimiliter atque ſuperiora inflectuntur: ſed ad quartum nominum accidens tranſeamus.

§. SECVNDVS.
De ſpecie Nominum Turcicorum.

SPecie duplex eſt nomen, مشتق aiunt Arabes, ideſt, *deriuatum*, & غير مشتق ſeù جامد ideſt, *non deriuatum*, ſeù *primitiuum*. Primitiuum autem eſt quod à nulla alia dictione deducitur, vt الله *Deus*: deriuatiuum, quod aliunde formatur. Et quidem,

Deriuantur à Nominibus ſubſtantiuis.

I POſſeſſiua, quæ componuntur à primitiuis, addita particula لو lu, vel لى li, vt اودون odun *lignum*, اودونلو odunlù *ligneus*; التون altun *aurum*, التونلى altunlì *aureus*; كوك ghiogh *cœlum*, كوكلو ghioghlù *cœleſtis*; آت at *equus*, آتلو atlù *eques*. II Quæ dignitates, officia, opificia, ſeù artes expri-

primunt: & hæc fiunt particula جى gi, vt قپو capù *ianua*, قپوجى capugi *ianitor*, بوستان buſtan *hortus*, بوستانجى buſtangi *hortulanus*, گمى ghiemi, *nauis*, گمیجى ghiemigi, *nauta*. III Nationalia: & fiunt particula لو lu, vel لى li, vt اسطانبول Iſtanbul *Conſtantinopolis*, اسطانبوللو Iſtanbullù *Conſtantinopolitanus*, حلب Hhaleb *Hierapolis*, حلبلو Hhaleblù *Hierapolita*. IV *Diminutiua*, quæ formantur particula جق gic vel giuc, vt او eu *domus*, اوجق eugic *domuncula*, اوغلان oghlan *puer*, اوغلانجق oghlangic *puerulus*: ſed aduertendum, quòd ſi vltima litera nominis primitiui fuerit ق vel ك; tunc ea omittitur in deriuatiuo, vt كوپك chiupek *canis*, كوپجق chiupegic *catellus*; چيچك cicek *flos*, چيچجق ciecgic *floſculus*. V *Abſtracta*, quæ fiunt particula لق lic, vel لك, vt تنكرى Tanghrì *Deus*, تنكريلك Tanghrilic *Deitas*, ادم adam *homo*, ادملك adamlık *humanitas*, ار er *vir*, ارلق *virilitas*. VI *Patronymica*, quæ religionem, *ordinem*, *ſectam*, aut factionem ſignificant: & fiunt litera ى vt محمد Mahhmmed *Mahometus*, محمدى Mahhmmedì *Mahometanus*, نسطور Neſtur *Neſtorius*, نسطورى Neſturì *Neſtorianus*, مارون Marun *Maro*, مارونى Marunì *Maronitæ*.

Deriuantur à Nominibus Adiectiuis.

I Diminutiua, vt ſupra particula جق gic, vt گوزل ghiuzel *pulcher*, گوزلجق ghiuzelgic *pulcherulus*. II *Abſtracta*, vt ſupra particula لك lik luk vel لق lic, vt اريق aric *macer*, اريقلق ariclic *macies*. Quæ verò vocali, aut ه finiuntur, quandoque ob ſoni gratiam recipiunt ن vt قره carà *niger*, قرنلك caranluc *nigredo*. III Nomina *Prouinciarum*, *Regionum* &c. quæ fiunt particula استان iſtan, vt عرب Arab *Arabs*, عربستان Arabiſtan *Arabia*, گورجى Ghiurgì *Georgianus*, گورجستان Ghiurgiſtan *Georgia*; & ita هندوستان Hinduſtan *India*, فرنكستان Phrankiſtan, *Europa* &c.

Deriuantur à Verbis.

I Nfinitiua facta nomina, vt سومك ſeumek, Ital. *l'amare*, سويلمك ſoilemek, Ital. *il parlare*, &c. quæ inſtar aliorum nominum declinantur, vt سومك سومكك سومكه سومكى سومكدن II Quæ indicant *ſubſtantiam actionis* eorundem verborum: & fiunt addita imperatiuis ſyllaba يش iſc ſi conſona terminantur; ſin vocali, ieſc, vt سو ſeu *ama*, سويش ſeuiſc, *amor*, ami-

amicitia, ſeù potiùs, vt ita dicam, *amatio*, اوب vp *oſculare*, اوپيش vpiſc *oſculum*, vel *oſculatio*; يرلا irla *cane*, يرلايش irlaieſc *cantus*, *cantatio*. III Omiſſis participijs, de quibus ſuo loco dicemus, deducuntur à verbis ea nomina, quæ *perſonam agentem* ſignificant: & fiunt addita imperatiuis ſyllaba جى gi, vel ſi conſona finiuntur, particula يجى igi, vt سويجى ſeuigi *amator*, اوپجى vpigi *oſculator*, يرلاجى irlagi *cantor*. IV *Adiectiua*, quæ denotant rem *optimam*, *dignam*, vel *facilem factu*: & fiunt mutata vltima litera infinitiui in particulam لى li vt سومك ſeumek *amare*, سوملى ſeumeli *dignus*, *digna*, *dignum qui*, *quæ*, *quod ametur*, يرلاملى irlamali *dignus*, vel *optimus*, vel *facilis cantu*, اولدرملى oldurmeli *dignus qui interficiatur*.

Numeralia nomina, ſeù Numeri cardinales ſunt.

بر	bir	*vnus* &c.	يغرمى	ighirmi	*viginti*.
يكى	ikki	*duo* &c.	اوطوز	otuz	*triginta*.
اوچ	vcc	*tres* &c.	قرق	cqirc	*quadraginta*
درت	dort	*quatuor*.	اللى	elli	*quinquaginta*.
بش	beſc	*quinque*.	التمش	altmiſc	*ſexaginta*.
التى	altì	*ſex*.	يتمش	ietmiſc	*ſeptuaginta*.
يدى	iedì	*ſeptem*.	سكسن	ſekſen	*octuaginta*.
سكز	ſekiz	*octo*.	دوقسان	docſan	*nonaginta*.
دوقوز	dokuz	*nouem*.	يوز	iuz	*centum*.
اون	on	*decem*.	بك	bin	*mille*.

Ab his ergo numeralibus nominibus deducuntur. I *Ordinaria* vt primus, ſecundus, tertius &c. quæ fiunt particula نجى ingi, vt بشنجى beſcingi *quintus*, اوننجى oningi *decimus*, يوزنجى iuzingi *centeſimus*. II *Diſtributiua*, ſeù diuidua: & hæc fiunt addita cardinalibus ſyllaba شر ſcer; vel ſi vocali finiuntur, litera ر, vt برر birer *ſinguli*, Ital. *à vno à vno*: يكيشر ikkiſcer *bini*, Ital. *à due à due*, & ſic de reliquis. III *Collectiua*, quæ finiunt addita ſyllaba دە dà vel conſona finitis, particula يدە idà, vt يكيدە ikkidà, Ital. *tutti due*, اوچيدە vccidà, Ital. *tutti tre* &c. IV Quædam *ſubſtantiua fœminina*, quæ fiunt addita diſtributiuis ſyllaba لق ic, vel لك lik, vel luk, vt اونر oner *deni*, اونرلق onerlic *denitas*, Ital. *decina*, اونبشر onbeſcer *quindeni*, اونبشرلق onbeſcerlic *quindenitas*, Ital. *quindecina* &c.

§. TER-

§. TERTIVS.

De comparatione Nominum Turcicorum.

GRadus comparatiuus exprimitur ablatiuo nominis, cui aliquid comparatur vt دوه‌دن بيوك deueden boiuk, *camelo maior*; بالدن طاتلو baldan tatlù, *melle dulcior* &c. Aliquando etiam Turcæ addunt poſitiuo particulam رك vel رق, vt يكرك *melior* &c. ſed rudiores vtuntur aduerbio ارتك artuk *magis*, & اكسك *minus*, vt ارتك كوزل artuk ghiuzel, *magis pulcher*, ideſt *pulchrior* &c. quæ quidem rectè vſurpantur, quum nulla eſt comparatio. Similiter ſuperlatiuus gradus ſi abſolutè exprimendus ſit, fit per additionem alicuius ex ijs aduerbijs, & dictionibus, quæ in ſuo quoque idiomate quibuſlibet vſui ſunt. Ea apud Turcas ſunt چوق cioc *ſatis*, پك pek *fortiter*, غايت ايله ideſt, *cum exceſſu*, atque alia. Si verò de cœteris rebus etiam ſermo habeatur, gradus ſuperlatiuus exprimitur genitiuo plurali, iuxta regulam Latinorum, vt ادملرك كوزل adamlarungh ghiuzeli *hominum pulcherrimus*. Notabis tamen poſitiuo, pronomen affixum adiungi, de quo in *ſeq. cap.* differemus; ita vt hic ſenſus ſit: *hominum pulcher eorum*. Item poſitiui gradus nominis ايو *bonus*. Comparatiuum eſſe irregularem يك *melior*, & ſuperlatiuum غايت ايله يك *optimus*.

CAPVT SECVNDVM.

De Pronominibus Turcarum.

PRonomina primitiua ſunt بن Ben *ego*, سن Sen *tu*, اول Ol *ille*, بيز Biz *nos*, سيز Siz *vos*, اونلر Onlar *illi*.

Pron. demonſtratiuum eſt بو bu *hic*, *hæc*, *hoc*; plur. بونلر bunlar, *hi*, *hæ*, *hæc*.

Pron. relatiuum كه ki. *qui*, *quæ*, *quod*, dictio in vtroq; numero indeclinabilis.

Pron. interrogatiuum كم kim *quis?* plural. كملر kimlar, vel kimler.

Et hæc omnia præter rel. inſtar nominum inflectuntur; ſi tamen dandi caſus

excipias; in quo quædam ڭ hoc modo recipiunt: بڭا bangha, vel potiùs baghà *mihi*, سڭا ſangha vel ſaghà *tibi*, اوڭا ongha *illi*, بوڭا bunghà *huic*. Verùm vulgò hæc ferè pronuntiantur: baa, ſaa, oa, bua; vt *P. D. Iacobus Stephanius* rectè in ſua Grammatica docuit. Aduertendum eſt tamen, genitiuis primitiuorum, quæ pronomina poſſeſſiua appellantur, بنم benum *mei*, سنڭ ſenungh *tui*, اونڭ onungh *ſui*, بیزم bizum *noſtrum*, سیزڭ ſizungh *veſtrum*, addi à Turcis dictiunculam كه ſiuè relatiuum *qui, quæ, quod*, hoc modo:

اونككيلر سنككيلر بنمكيلر اونككی سنككی بنمكی

benumki, ſenungki, onungki, benumkiler, ſenungkiler, onungkiler,

qui *meus*, qui *tuus*, qui *ſuus*, qui *mei*, qui *tui*, qui *ſui*,

اونلرككيلر سيزككيلر بيزمكيلر اونلرككی سيزككی بيزمكی

bizumki, ſizungki, onlarungki, bizumkiler, ſizungkiler, onlarungkiler.

qui noſter, qui veſter, qui, quæ, quod eorum eſt, qui noſtri, qui veſtri, qui quæ eorũ ſunt.

Et cum hiſce alijs, ſolita inflexione declinantur: قنقی vel أنقيسى *qualis*, هركم *quiſquis, quicumque* نه *quid, quod*, &c.

Denique ſciendum, pronomina poſſeſſiua, vt in cœteris Orientalibus linguis, exprimi à Turcis frequentiùs in hunc modum: poſſeſſiuum primæ perſonæ, formatur in ſingulari, adiecta litera م qua *um* aut *em* aut *im* aut *am* nomen terminatur; & in plurali particula مز quæ *muz* vel *miz* ſolet pronuntiari. Poſſeſſiuum ſecundæ perſonæ in ſing. formatur addita litera ڭ qua nomen finitur *ngh*; & in plur. particula ڭز quæ ſonat *nghuz* vel *nghiz*. Poſſeſſiuum tertiæ perſonæ, tùm in ſingulari, cùm etiam in plurali numero, fit litera ى I; ſi verò nomen vocali finiatur, additur ſyllaba سى *Si*, vt س *S* interpoſitio, hyatus duarum vocalium elidatur. Et exempli gratia, in nominibus اوغلان onghlan *puer*, & بابا babà *pater*, atque alijs, omnia prædicta affixa ſubijciemus.

أوغلانم	Oghlanum,	*puer meus.*	بابام	Babam,	*pater meus.*
أوم	Euum,	*domus mea.*	انجم	Ingim,	*margarita mea.*
أوغلانڭ	Oghlanungh,	*puer tuus.*	باباڭ	Babangh,	*pater tuus,*
أوڭ	Euungh,	*domus tua.*	انجڭ	Ingingh,	*margarita tua.*

اوغلانی Oghlani,		*puer eius.*	باباسی Babasi,		*pater eius.*
اوی Eui,		*domus eius.*	انجیسی Ingisi,		*margarita eius.*
اوغلانمز Oghlanumuz,		*puer noſter.*	بابامز Babamuz,		*pater noſter.*
اومز Euumiz,		*domus noſtra.*	انجمز Ingimiz,		*margarita noſtra.*
اوغلانکز Oghlanunghuz,		*puer veſter.*	باباکز Babanghuz		*pater veſter.*
اوکز Euunghuz,		*domus veſtra.*	انجیکز Inginghiz,		*margarita veſtra,*

ET eodem prorſus modo ſe habent in plurali numero, vt اغلانلرم Oghlanlarum *pueri mei*, بابالرم Babalarum *patres mei*, اولری Eulerì *domus eius*, vel *eorum* &c. Obſeruabis tamen hæc duo nomina ادم adem, & بر bir, pro poſſeſſiuo tertiæ perſonæ admittere particulam سی *Si*, vt ſi vocali finirentur, e. g. ادمسی ademsì *homo eius*, برسی birisì *vnus ex ipſis*. Sæpè etiam ornatus gratia, affixo tertiæ perſonæ, præponitur nomen, aut pronomen hoc modo: بونڭ باباسی bunungh babasì *pater eius*, سلیمانڭ اوی Sulimanungh euì *domus Salomonis*. Nam eiuſmodi affixum ſemper ponitur, quoties duo nomina ſubſtantiua in oratione continuantur, & alterum ab altero regitur. Imò illius tanta quidem eſt vis, vt ſi conſtruendum in genitiuo, in recto remaneat abſoluta, & recta ſit oratio, vt ادم کوزی adem ghiozi *hominis oculus eius*, quaſi dicerent: *homo oculus eius*. Deinde poſſeſſiua nominibus affixa, variantur per omnes caſus, iuxta nominum inflexiones, quas ſupra tradidimus; immobili tamen manente ſubſtantiuo, vt اوم *domus mea*, اومڭ *domui mea*, اومه *domui meæ*, اومی *domum meam*, اومدن *à domo mea*, اولرم *domus meæ*, اولرمڭ *domuum mearum*, اولرمه *domibus meis*, اولرمی *domos meas*, اولرمدن *à domibus meis*: & ſic de reliquis. Nomina verò, quæ cum tertiæ perſonæ affixo ی I litera terminantur, & iuxta germanam inflexionem, cum ن N in genitiuo, & cum ی I in datiuo declinari deberent; mos eſt tamen, vt in omnibus obliquis caſibus retineant literam ن N, ſeù potiùs ſyllabam In, vt e. g. سلطانی Sultani *Dominus eius*; سلطانینڭ Sultaninungh *Domini eius*, سلطانینه Sultaninà *Domino eius*, یا سلطانی ia Sultanì *à Domine eius*, سلطانیندن Sultaninìnden *à Domino eius*, سلطانلری Sultanlarì *Domini eius*, سلطانلرینڭ Sultanlarinungh *Dominorum*

norum eius vel *eorum* &c. ſic باباسى Babasì *pater eius*, باباسينڭ Babaſinungh *patris eius*, باباسينه Babaſinà *patri eius* &c.

CAPVT TERTIVM.

De Coniugationibus, & Deriuationibus Verborum.

§. PRIMVS.

De varijs ſpeciebus Turcicæ inflexionis Verborum.

VErborum coniugatio facillima eſt apud Turcas, quia ferè vna, eademque, omnia verba inflectuntur. Puto tamen cum *Petro della Valle* Patricio Romano, Viro docto, hiſce literis excultiſſimo, in ſex veluti ſpecies diuidendam. Et I omnia verba habent infinitiuum مك *mek*, aut مق *mac* ſyllaba terminatum: ſed inter has duas ſpecies verborum hoc intereſt, vt ea vocalem E, hæc A, retineant, in formatione ſuorum temporum. Et ita سومك ſeumek, per E inflectitur, vt سورم *ſeuerum*, سورسن *ſeuerſin*, سور *ſeuer*: چقمق *cicmac* per A vt چقرم *cicarum*, چقرسن *cicarſin* &c. II Thema, radix, atque origo verborum vnde omnia ferè tempora deriuantur, prima vox imperatiui eſt apud Turcas, quæ tollitur ab infinitiuo, reiecta particula مك *mek* vel مق *mac*. Ita ergo omnia verba Turcica habent thema, vel vocali, vel conſona terminatum, vt ويرمك *vermek* وير *ver* يرلامق *irlamac* يرلا *irla*. Et inter has duas ſpecies illud diſcrimen eſt, vt quæ vocali in themate finiuntur, in nonnullis temporibus .ſ. imperatiui, præſentis ſubiunctiui, & gerundij, in quorum formatione A vel E vocali opus eſt, ى *Ie* mediam admittant vt e.g. يرلايلوم irlaialum *canamus*, &c. III Omnia verba, quorum themata in conſonans exeunt, vel in formatione ſuorum temporum, retinent vocalem infinitiui, vt سومك ſeumek, quod per E coniungatur, vt vidimus; & چقمق *cicmac*, quod per A vel vocali infinitiui reiecta, و Vturum accipiunt, & per V inflectuntur, vt كلمك *ghielmek*, & اولمق *olmac*; fit enim ex ipſis كلورم *ghielurum*, كلورسن *ghielurſin*; اولورم *olurum*, اولورسن *olurſin* &c. Sex igitur hæ verborum claſſes, vt diximus, ita inter ſe conueniunt, vt prorſus vna, eademq; quam mox tradêmus, coniugatione inflectantur.

§. SE-

§. SECVNDVS.

De formatione Modorum, Temporum, ac Perſonarum.

P. *D. Iacobus noſter* omnia ferè tempora à prima voce indicatiui deriuat: (quippè Lexicon Turcicum, grande quidem opus moliebatur; in quo per eas voces, omnia verba digeſſerat) ſed vt *§. præced.* docuimus, I indicatiui modi tempus præſens ab infinitiuo effluit, mutata ſyllaba مك *mek*, vel مق *mac*, in رم quæ iuxta variam Regionum atque hominum conſuetudinem, *rum*, *ram*, aut *rim*, proferri conſueuit: & tertia perſona ſing. exceptis verbis negatiuis, ſemper exit in ر *r*, ſicuti pluralis in لر *ler* aut *lar*, e.g.

tu amas, ſen ſeuerſin سن سورسن *ego amo*, ben ſeuerum بن سورم

ille amat, ol ſeuer اول سور

nos amamus, ſeueruz سورز vel, biz ſeueriz بيز سوريز

vos amatis, ſeuerſenghiz سورسكز vel, ſiz ſeuerſiz سيز سورسيز

illi amant, onler, vel onlar ſeuerler اونلر سورلر

II Præteriti imperfecti perſona prima, formatur à tertia præſentis, affixa particula دم *dum*, vel يدم *idum*, vt سوريدم *ſeueridum*, e.g.

amabas, ſeuerdingh سوردك *amabam*, ſeuerdum سوردم

ille amabat, ſeueridi سوريدى vel ſeuerdi سوردى

amabamus, ſeuerlerduk سورلردك vel ſeueruduk vel ſeuerduk سوردك

amabatis, ſeuerlerdinghiz سورلردكز vel ſeuerdinghiz سوردكز vel ſeuerdiz سوردز

amabant سورلريدى vel ſeuerlerdi سورلردى vel ſeuerdiler سورديلر

III Præteritum perfectum, vt ita dicam, longinquius, fit mutata vltima ſyllaba infinitiui in دم *dum*, e.g.

سودم

amauiſti, ſeudungh سودك *amaui*, ſeudùm سودم

amauimus, ſeuduk سودك *amauit*, ſeudì سودى

amauerunt, ſeudiler سوديلر *amauiſtis*, ſeudijs vel ſeudunghuz سودكز

Hic aduerte د D affixum proferri vt ت T duplicatum, ſi vna earum literarum præceſſerit, quas 1. *p. cap.* 2. retulimus. Sed præteritum perfectum propinquiùs hoc modo formabis.

hai amato, ſeumiſcſen سومشسن Ital. *hò amato*, ſeumiſcium سومشم

habbiamo amato, ſeumiſciuz سومشز *hà amato*, ſeumiſcdur سومشدر

hanno amato, ſeumiſclerdur سومشلردر *hauete amato*, ſeumiſcſiz سومشسز

Mutatur enim vltima infinitiui in وب *uup* vt سووب ſeuup *amaui*, *amauiſti*, &c. vt enim *Andreas du Reyer* annotauit, inſeruit omnibus eiuſdem præteriti perſonis, & aliquando eo vtuntur in vtroque numero, per omnes perſonas, ac tempora; & potiſſimùm in diplomatibus Regijs. Sed verè eſt participium.

IV Mutata ك K vel ق C infinitiui in ش Sc, atque addito ايدم *idum*, fit præteritum pluſquam perfectum e. g.

amaueras, ſeumiſcidingh سومش ايدك *amaueram*, ſeumiſcdum سومش ايدم

amaueramus, ſeumiſciduk سومش ايدك *amauerat*, ſeumiſcidi سومش ايدى

amauerant, ſeumiſcidiler سومش ايديلر *amaueratis*, ſeumiſcidinghiz سومش ايدكز

Sæpiùs tamen compendij gratia, ait *Andreas du Ryer*, omiſſo مك *mek*, & eliſo ا ex ايدم *idum*, ab eodem سومك ſeumek, formatur سويدم ſeueidum *amaueram*, سويدك ſeueidingh &c.

V Pro futuro, vt rectè *P. D. Iacobus* aſſeruit, voces præſentis temporis vſurpantur: format tamen ille futurum hoc modo: سويم ſeueim *amabo*, سوسن ſeueſen *amabis*, سودر ſeuedur *amabit*: ſiz ſeueiz, ſeueſiniz &c. ſed eiuſmodi vox primæ perſonæ frequentiùs vſui eſt. Format ille iterum atq; Alij futurum ſic:

سوسم

amabis, ſeuſangh ghierek سوسك كرك   *amabo*, ſeuſam ghierek سوسم كرك

amabimus, ſeuſak ghierek سوسك كرك   *amabit*, ſeuſà ghierek سوسه كرك

amabunt, ſeuſalar ghierek سوسلر كرك   *amabitis*, ſeuſanghuz gh. سوسكز كرك

Verùm ego his vocibus non aſſentior: quippè non *amabo*, *amabis* ſonant; ſed *amem oportet*, *ames oportet* &c. Alij demùm vtuntur voce participij cum affixis verbi ſubſtantiui: ſed ſenſus eſt *amaturus ſum*, *es* &c. Rectiùs ergo vtemur præſenti, vt ipſe *D. Iacobus* annuerat: quem quoque imitantur *Andreas du Ryer*, & *Ioannes Molinus in ſuis Italicis rudimentis*.

VI Imperatiuus modus, vt diximus, ſit reiecta vltima ſyllaba infinitiui; cui tamen aliquando ornatus gratia, additur particula غل *ghil* atque vſquam غلن *ghilen*.

ama tu, ſeu ſen سوسن

amemus, ſeuelùm سوه لوم   *amet ille*, ſeüsùn ol سوسون اول

ament, ſeuſunlèr سوسونلر   *amate vos*, ſeuijz ſiz سوكز سز

Futurum imperatiui: *amato tu*, ſeua vel ſeuesèn سوه سن

amemus, ſeuelùm سولوم   *amato ille*, ol ſeuè اول سوه

amanto, ſeuelèr سوه لر   *amatote*, ſeueſiz سوه سز

VII Optatiuus modus præpoſito ſemper كشكه *Kieſckie*, ſic formatur ab alijs: سويدم ſeueidum *vtinam amarem*, سويدك ſeueidungh *amares*, سويدى ſeueidi *amaret*; سويدك ſeueiduk *amaremus*, سويدكز ſeueidunghuz *amaretis*, سويديلر ſeueidiler *amarent*. Altera autem huius temporis vox, qua Italicè dicimus, *amarei*, *amareſti* &c. rectè Turcicè redditur per omnes numeros & perſonas, ſimiliter ac præteritum imperfectum modi indicatiui. Verùm ego deſideratiui modi tempus præſens & imperfectum, aſſumpta per omnes perſonas ac numerum vtrumque in particula بولايكى bulaiki *vtinam* hoc modo formarem;

amares, ſeueſin سوەسن *amarem*, ſeuem سوەم

amaremus, ſeueiz سوايز *amaret*, ſeuė سوا

amarent, ſeueler سوالر *amaretis*, ſeueſiz سواسيز

Præteritum perfectum præpoſita eadem particula بولايكى bulaiki.

amaueris, ſeueidingh سوديدك *amauerim*, ſeueidum سوديدم

amauerimus, ſeueiduk سوديدك *amauerit*, ſeueidi سوديدى

amauerint, ſeueidiler سوديديلر *amaueritis*, ſeueidinghis سوديديكز

Præteritum pluſquam perfectum indicatiui modi hic quoque à pleriſque vſurpatur præpoſita eadem particula. Et futurum optatiui non differt ab optatiuo præſenti. Vide Grammaticam *P. D. Iacobi*, vbi plures modos inuenies, vel formandi, vel circumſcribendi optatiuum.

VIII Coniunctiui modi tempus præſens, ita ab illo formatur, & rectè:

vt ames, ki ſeueſèn كه سوەسن *vt ego amem*, ki ben ſeueim كه بن سوەم

vt amemus, ki ſeueiz v. ſeueùz كه سوايز *vt ille amet*, ki ol ſeuè كه اول سوه

vt ament, ki ſeuelèr كه سوەلر *vt ametis*, ki ſeueſiz كه سوەسيز

Vel aſſumpta particula اكر eghier *Si*, hoc modo, ſicuti pro præterito imperfecto ab alijs vſurpatur:

ego &c. ſeuerſam v. ſeueriſam سورسم v. ben ſeuſam v. ſeuſem بن سوسم

tu &c. ſeuerſan v. ſeueriſangh سورسك v. ſen ſeuſan v. ſeuſengh سن سوسك

ille &c. ſeuerſa vel ſeueriſa سورسه ol ſeuſà vel ſeùzè اول سوسه

nos &c. ſeuerſak سورسك vel ſeuſak سوسك vel biz ſeueiz بيز سوايز

vos &c. ſeuerſanghuz v. ſeuerſenghiz سورسكز v. ſiz ſeuſeniz سيز سوسكز

اونلر

illi &c. ſeuerſeler سورسلر vel onler ſeuerlerſe اونلر سورلرسه

IX Præteritum perfectum eadem particula aſſumpta:

amaueris, ſeuſeidingh سوسیدك *amauerim*, ſeuſeidum سوسیدم

amauerimus, ſeuſeiduk سوسیدك *amauerit*, ſeuſeidi سوسیدی

amauerint, ſeuſeidiler سوسیدیلر *amaueritis*, ſeuſeidinghiz سوسیدكز

X Præteritum pluſquam perfectum eadem particula اكر

ſi amauiſſem, ben ſeumiſcſam vel ſeumiſciſam بن سومشسم

ſi amauiſſes, ſen ſeumiſcſangh vel ſeumiſciſangh سن سومشسك

amauiſſemus, ſeumiſcſak سومشسك *amauiſſet*, ſeumiſcſa سومشسه

amauiſſent, ſeumiſclerſa سومشلرسه *amauiſſetis*, ſeumiſcſenghiz سومشسكز

Futurum ſubiunctiui modi, non differt à ſubiunctiuo præſenti. Notabis tamen à Turcis optatiuum & ſubiunctiuum ſæpè vſurpari in eadem ſignificatione indifferenter ac promiſcuè; atque inde inter noſtrates variam horum modorum ac temporum ortam formationem. Vox verò quæ ab alijs huic futuro tribuitur, eſt سوسم ſeuſam, سوسك ſeuſangh, سوسه &c. quam ſub eodem coniunctiuo modo, ſecundo loco tradidimus. Formantur etiam in hoc modo præter. imperf. perf. & pluſq. perf. eiſdem vocibus indicatiui.

XI Infinitiui modi tempus præſens: *amare*, ſeumek سومك

Præteritum: *amauiſſe*, aut *res amata*, & *amicitia*, ſeuduk سودك

Alij: سومش اولمق ſeumiſc olmac: ſed ſonat *eſſe eum qui amauit*, ideſt, *amauiſſe*; & pro futuro سوجك اولمق ſeugek olmac, *eſſe eum qui amabit*, ideſt, *amaturum eſſe*. His ego adderem ſupinum سومكه quod ferè vt *P. D. Iacobus* in ſua Grammatica docet pronuntiatur vt سومه ſeumeè *amatum*, ideſt, *ad amandum*: ſed aduerte, vt rectè *P. D. Iacobus* aſſeruit, hanc vocem vſurpari etiam pro infinitiuo præſenti, cum hoc tamen diſcrimine, vt ſi verbum infinitum perſonale,

immediatè ſequatur, non *ſeumek*, ſed *ſeumeè* ſit dicendum, e.g. سومكه استرم ſeumeè iſterum *amare volo*, سومكه كلورم ſeumeè ghilurum, *amare* vel *amatum venio*; ſin verò vel verbum imperſonale, vel præpoſitio aliqua, immediatè adhæreat infinito, non *ſeumeè*, ſed *ſeumek* neceſſe ſit dicere e.g. سومك كرك ſeumek ghierek *amare oportet*. Quæ vox *mek* aut *mac* ſyllaba finita, vt in deriuationibus nominum adnotauimus, pro nomine frequentiùs vſurpatur, & inſtar eorum infle-ctitur, quod docuimus, vt in hiſce adagijs Turcicis obſeruandum:

ايشم اولمق يكدر چوق سويلمكدن *tacere meliùs eſt à multum loqui.*

جاهله سويلمكدن سويلمك يكرك *ignauo à loqui, non loqui meliùs.*

سوز سويلمك عورتلر كدر اشلمك ارلر كدر *verba loqui mulierum eſt, operari virorum eſt.* Rectè etiam hæc vox in *mek* aut *mac* infinitiui, vſurpatur pro gerundio, quod Latini in *di* deriuamus, affixo pronomine, nomini ſubſtantiuo, quod tale gerundium comitatur, vt e.g. *tempus eſt amandi* زماني در سومك zamani dur ſeumek: ſicuti aliud gerundium *ob amandum*, eadem vocem reddemus, ſola addita poſtpoſitione *ob*, vt سومك ايچون ſeumek icciun. Quæ omnia ſi ritè conſideres, ideò hac vna voce ſignificantur, quia *ſeumek*, vt diximus, ferè inſtar nominis vſurpandum. Nec minus rectè gerundium, quod in *do* dicimus format *P. D. Iacobus*, addita themati verborum particula ايجه *ingè* vel *ingià*, vt سوينجه *ſeueingè*, سويلينجه *ſoilerngè* &c. ea enim particula eandem vim habent ac *amando*, & *loquendo*: & hiſce Turcæ frequentiſſimè vtuntur. Sed ad paradigma iam redeamus.

XII. Participium præſens: *amans*, ideſt, *qui amat*, ſeuen سوَنْ

Præteritum: *qui amauit*, ſeuup سوُوبْ vel ſeumiſc سوْمِش

Futurum: *amandus* vel *amaturus*, ſeuegek سوَجَكْ

Alij *amaturum* vel سوَسِر vel سوْملر dicunt: & ita *Andreas du Ryer*.

Præteritum paſſiuum: *amatus*, *amata*, *amatum*, ſeumiſc سوْمِش

Nomen ſubſtantiuum verbale, vt ſuperiùs diximus: *amator*, ſeuigi سوِجي

No-

Nomen adiectiuum verbale: *amabilis*, ideſt, *dignus amari*, ſeumelì سومليى

Nomen, vt diximus, indicans *actum amandi*, ſeuiſc سويش

Alij addunt vocem سوملر quam ſimiliter ac سويش explicant per nomen, *amicitia*. Sed XIII Gerundia hoc modo formabis.

pro Gerundio in *di* Latinorum ponit *Molinus*, ideſt, *amandi*, ſeuſen سوسن

pro Gerundio in *do* ponuntur ab alijs: سوركن ſeuerek سورك ſeuè سوة

ad amandum, licet ab alijs ponatur pro *amandi*, ſeumeghè سومكه

ob amandum, & ſonat *ob amare*, ſeumek icciun سومك ايچون

Demùm obſeruabis præteritum infinitiui سودك vſurpari pro præteritis optatiui, & ſubiunctiui addita دن *den*, cum particulis صكره ſonghrà *poſt*, aut اول euuel *ante*, vt e. g. سودكدن صكره ſeudikten ſonghrà *poſtquam amauiſſet*, & *amauerit*: سودكدن اول ſeudikten euuel *antequam amauiſſet* & *amauerit*: & hoc per omnes perſonas, & vtrumque numerum horum modorum. Imò aliquando hic modus tranſit in ſignificationem nominis, vt *Andreas du Ryer* annotauit, ac tunc ſequitur regulam nominum, vt بهرامنك سودكمدن صكره *poſt amicitiam Beherami*. Aliquando etiam infinitiuo modo, detracta particula مك *mek* vel مق *mac*, apponunt Turcæ particulam مغين quæ tunc ſignificat *quia eoque*, vt ille ait, vtuntur vice cuiuſuis temporis e. g. بيوك اولمغين *quia magnus ſum*, *es*, *eſt*, *eram*, *eras*, *erat*, *fui*, *fuiſti*, &c. Item ſæpè mutant eandem ſyllabam infinitiui in دكچه vel دقچه præcedente vtplurimùm particula هر ſignificante *quotieſcunque*, vt هر كلدكچه *quotieſcunque venit*, *veniam*, *veniet*, *venio*, &c. Nam inſeruit omnibus modis, temporibus, & perſonis. Et in præteritis optatiui & ſubiunctiui vſurpant dictionem اولايدم cum participio سومش pro ايدم

ايدم ac etiam in prærerito pluſquam perfecto indicatiui, vt *P. D. Iacobus* etiam annotauit. Eſt etiam quidam modus apud Turcas, quem dixerim deprecatiuum, vt كوره‌يم ghioreim *ſine vt videam*, سوه‌يم ſeueim *vt amem* &c.

§. TERTIVS.

De varijs Verborum claſſibus, quæ ab vno ſingulæ deriuantur.

AB vnoquoque verbo, cuiuſcumque ſit ſpeciei, viginti tria verba alia deducuntur. Et I ab eodem infinitiuo actiui, formant Turcæ paſſiuum addita litera ل *L* ante particulam مك *mek*, ſeù addita ea litera imperatiuo, qui eſt thema, & radix verborum, vt سومك ſeumek *amare*, سويلمك ſeuilmek *amari*; يرلامق irlamac *canere*, يرلالمق irlalmac *cani*, كورمك ghiotmek *videre*, كورلمك ghiorulmek *videri*. II Addita litera ن *N* ante eandem infinitiui terminalem ſyllabam, fiunt verba vel imperſonalia, vel immanentia, ſiuè ſignificationis intranſeuntis, quæ .s. extra perſonam agentis non effluunt, vt اوكمك oghmek *laudare*, اوكنمك oghenmek *laudare ſe*; سومك ſeumek *amare*, سونمك ſeuinmek *amare ſe*, licet hoc verbum communiter nunc *lætari* ſignificet. Aduertendum tamen hunc loquendi modum ſæpè vſurpari in ſignificatione paſſiua, vt المق *accipere*, النمق *accipi*, قپمق *claudere*, قپنق *claudi*, & *claudere ſe ipſum*. III Litera ش *Scin*, fiunt verba cooperantis actionis, quæ reciprocantia nominamus, vt سومك ſeumek *amare*, سوشمك ſeuiſcmek *amare ſe mutuò*, ſiuè *coamare ſe*; يرەلامق iaralamac *vulnerare*, يرەلشمق iaralaſcmac *vulnerare ſe inuicem*; سويلمك ſoilemek *loqui*, سويلشمك ſoileſcmek *inuicem loqui*. IV Addita ſyllaba در *dur*, fiunt verba, ~~quorum actio~~ tranſit in alium, vt سودرمك ſeudurmek *amare facere*, ſæpè tamen د *D* pronuntiatur vt *T*. Et verba habentia ج aut چ aut ش, admittunt tantùm literam ر *R*, vt ايچمك iccmek *bibere*, ايچرمك iccirmek *bibere facere*; بشمك biſcmek *coquere*, بشرمك biſcirmek *coquere facere*. Et hoc fit etiam cum paſſiuis, immanentibus, & reciprocis, vt deinde ex ordine oſtendemus in tabula: ita vt omnia verba quæ huc vſque recenſuimus cum ipſo primitiuo, ad octo claſſes, ſeù ſpecies reducantur; & dicuntur omnia affirmatiua: quia addita litera م ſeù ſyllaba *Me*, vel *Ma*, redduntur negatiua, & addita negatiuis altera motione, ſeù vocali *E* vel *A*, fiunt octo alia, vt ita dicam, impoſſibilia, quod videre eſt in ſequenti tabula:

Sche-

Schematiſmus Deriuationum Verborum Turcicorum.

- Significatus
  - Affirmatiuus
    - Intranſitiuus
      - Actiuus سومك Seumèk, *Amare.*
      - Paſſiuus سولمك Seuilmèk, *Amari.*
      - Immanens سونمك Seuinmèk, *Amare ſeipſum.*
      - Reciprocus سوشمك Seuiſcmèk, *Amare ſe mutuò.*
    - Tranſitiuus
      - Actiuus سودرمك Seudurmèk, *Facere amare.*
      - Paſſiuus سولدرمك Seuildurmèk, *Facere amari.*
      - Imman. سوندرمك Seuindurmèk, *Facere amare ſe.*
      - R. سوشدرمك Seuiſcdurmèk, *Facere amare ſe mutuò.*
  - Negatiuus
    - Intranſitiuus
      - Actiuus سوممك Seumemèk, *Non amare.*
      - Paſſiuus سولممك Seuilmemèk, *Non amari.*
      - Imman. سونممك Seuinmemèk, *Non amare ſeipſũ.*
      - Rec. سوشممك Seuiſcmemèk, *Non ſe mutuò amare.*
    - Tranſitiuus
      - Act. سودرممك Seudurmemèk, *Non facere amare.*
      - Paſ. سولدرممك Seuildurmemèk, *Non facere amari.*
      - Imman. سوندرممك Seuindurmemèk, *Non facere amare ſe*, vel *amari* imperſonaliter.
      - Recip. سوشدرممك Seuiſcdurmemèk, *Non facere amare ſe mutuò.*
  - Impoſſibilis
    - Intranſitiuus
      - Actiuus سوهممك Seuememèk, *Non poſſe amare.*
      - Paſſiuus سولهممك Seuilememèk, *Non poſſe amari.*
      - Imman. سونهممك Seuinememèk, *Non poſſe amare ſeipſum.*
      - Recip. سوشهممك Seuiſcememèk, *Non poſſe ſe mutuò amare.*
    - Tranſitiuus
      - Actiuus سودرهممك Seudurememèk, *Non poſſe facere amare.*
      - Paſſiuus سولدرهممك Seuildurememèk, *Non poſſe facere amari.*
      - Imman. سوندرهممك Seuindurememèk, *Non poſſe facere amare ſeipſum.*
      - Recip. سوشدرهممك Seuiſcdurememèk, *Non poſſe facere amare ſeipſum.*

Hauc

HAnc tabulam quam aliter etiam reperi, ab alijs noſtris Patribus adnotatam; ingenuè profiteor, me in Aſiam allegatum, Romæ olim didiciſſe, *à Petro della Valle Nobiliſſimo Romano*, quem honoris cauſa pluries nomino, doctiſſimo, amiciſſimo viro, linguarum peritia, atque eruditionibus inclyto, de noſtro Ordine benemerentiſſimo: qui diù à Perſarum Rege, vt par erat, honorificè habitus, plures Regiones luſtrauit; atque Author fuit, vt Noſtrates à SS. D.N. Vrbano VIII. primi omnium mitterentur, qui Iberiam & Colchidem penetrarent. Aduerte tamen verbum immanens سوِنمك ſeuinmek cum alijs quinque deriuat. quod ex regula *amare ſe*, vel imperſonaliter *amari* ſignificat; pro *lætari* tamen, vel *gaudere* vſurpari, in eadem ſignificatione immanenti; vt ſupra monuimus. Neque hæc deriuatiua, omnia à verbo quolibet deducuntur, niſi tantùm quæ vſui ſunt apud Turcas: non enim verba omnia, aut paſſiuam, aut immanentem, aut reciprocam ſignificationem admittunt: ſicuti neque apud Latinos, à verbo neutro, paſſiuum deducitur. Imò aliquod verbum immanens, vel aliud deriuatiuum, in Turcico idiomate, quandoque reperies: cuius primitiuum penitùs obſoleuit. Vniuersè ergo hæ ſunt deriuationes, quæ à verbis Turcicis fiunt. Verùm etiam à nominibus verba effluunt particula لا *la*, vel *le*, quæ ſimiliter in مق *mac*, aut مك *mek*, habent infinitiuum, vt e. g.

incerare, mumlamac مُومْلَمَقْ *cera*, mum مُومْ

Ephippio ornare, *inſternere*, eierlemek أَكَرْلَمَكْ *Ephippium*, eier أَكَرْ

plumbare, curſcinlamac قُورْشِنْلَمَقْ *plumbum*, curſcin قُورْشِنْ

argento tegere, ghiumiſclemek كُومِشْلَمَكْ *argentum*, ghiumiſc كُومِشْ

incipere, baſclamac بَاشْلَمَقْ *caput*, *incœptum*, baſc بَاشْ

obſignare, *ſigillare*, mohorlemèk مُهُرْلَمَكْ *ſigillum*, muhor مُهُرْ

Sed quandoque nulla additur particula: quin etiam à diminutis nominibus, verba itidem deriuantur, vt e. g.

hoſpitari, *diuerſari*, conmac قُونْمَقْ *hoſpitium*, *diuerſorium* conac قُونَقْ

in gremio fouere, *amplecti*, cugiumac قُوجْمَقْ *gremium*, cugiac قُوجَقْ صاى

numerare, ſaimak صايمق *numerus*, ſai صاي

QVæ omnia, vt cœtera, coniugantur. Superiores verò verborum claſſes, quas deduci à verbis docuimus, omnes reducuntur ad ſex illas ſpecies coniugationum, quas ſuperiùs diximus. I Enim iuxta ſuum primitiuum, in مك *mek* aut مق *mac* ſyllabam ſemper exeunt. II Etiamſi primitiuum verbum, thema habeat vocali aliqua terminatum, prima tamen ſeptem verba deriuatiua, ob literas additas, ſemper conſona finiuntur: ſicut licet primitiuum, conſona in themate finiatur, vocali tamen, ſexdecim poſtrema, hoc eſt negatiua atque impoſſibilia terminantur. Et III primitiuum verbum quomodolibet declinetur, ſeptem prima deriuatiua per و *u* perpetuò coniugantur; & ſexdecim poſtrema; per vocalem infinitiui, & ſi per و *u* inflectitur primitiuum, vt rectè idem *Petrus della Valle in ſuis M. S. monitis* adnotauit. Patet ergo eadem ferè inflexione ſingula coniugari, exceptis negatiuis, & impoſſibilibus verbis; quæ ſemper literam ر, vel in ز *z* vertunt, vel prorſùs abijciunt, vt in paradigmate, quod ſubijcimus obſeruandum.

Indicatiui præſens: *non amo*, ſeumezum سومزم vel ſeumem سومم

non amat, ſeumez سومز *non amas*, ſeumezſin سومزسن

ſeumezler سومزلر ſenmezſiz سومزسيز ſeumeziz سومزيز

Imperfect. *non amabam*, ſeumezidum سومزيدم vel ſeumezdum سومزدم

ſeumezdi vel ſeumezidi سومزدی ſeumezdingh vel ſeumezidingh سومزدك

ſenmezdiler سومزديلر ſeumezdinghiz سومزدكز ſeumezduk سومزدك

Præt. perfect. I. &c. ſeumedingh سومدك *non amaui*, ſenmedum سومدم

Præter. perf. II. Ital. *non hò amato*, ſeumemiſcium سومميشم

Præt. plnſq. perf. &c. Ital. *non haueua amato*, ſeumemiſcidum سومميش أيدم

Futurum non differt ab indicatiuo præſenti سومم ſeumem

Imperatiui præſens: *non ama tu*, ſeumeſen سومه سن

biz ſeumelum بيز سومه لوم ol ſeumeſun أول سومه سون

ſeumeſunler سومه سونلر ſeumeſiz سومه سيز

Futurum: ol ſeumeiè أول سوميه ſeumeiè ſen سوميه سن

ſeumeielèr سومهيلر : ſeumeieſiz سومهيهسيز : ſeumeielum سومهيلوم

Atque ita in reliquis modis, temporibus, & perſonis iuxta regulas prorſùs traditas in paradigmate affirmatiuo, addita tantùm ſyllaba مه *me* vel *ma*; & verſa in ز *z*, litera ر *r*, vt hactenus vidimus. Et eodem modo etiam impoſſibilia coniugabis, addita *e* vel *a* altera, negatiuis, vt سومهم ſeuemem *non poſſum amare*, سومزسن ſeumezſin *non potes amare*, سومز ſeuemez *non poteſt amare* &c.

§. QVARTVS.

De Verbo ſubſtantiuo Turcarum.

Verbum ſubſtantiuum Turcæ eiſdem ferè particulis exprimunt, quas omnibus alijs verbis affigunt, vt forment tempora, & perſonas. Et has quidem quum non ſolum verbum ſubſtantiuum ſignificant, vel nominibus vel pronominibus adhærere, neceſſe eſt. Sic ergo declinabis affirmatiuum.

ego eram, ben-idum بن ايدم	*ego ſum*, ben-im vel vm بن يم
tu eras, ſen-idingh سن ايدڭ	*tu es*, ſen-ſin سن سن
ille erat, ol-idi اول ايدى	*ille eſt*, ol-dur اول در
nos eramus, biz-iduk بيز ايدك	*nos ſumus*, biz-iz vel vz بيز يز
vos eratis, ſiz-idijs v. idinghiz سيز ايدكز	*vos eſtis*, ſiz-ſiz v. ſiniz سيز سز & سكز
illi erant, onler-idiler اونلر ايدىلر	*illi ſunt*, onler-durler اونلر درلر

Ital. *ſono ſtato*, olmiſcium اولمشم *fui*, oldum اولدم

fueram, &c. Ital. *io era ſtato*, olmiſcidum اولمش ايدم

erit, &c. olur اولور *eris*, olurſin اولورسن *ero*, olurum اولوروم

ille ſit, ol olſun اول اولسون *eſto tu*, ol ſen اول سن

eſtote vos, ſiz oluiz vel olunghiz سيز اولوكز *ſimus*, olalum اولالوم

illi ſint, onler vel onlar olſunler اونلر اولسونلر

Futurum imperatiui modi: *eſto tu*, olà ſen اوله سن

اول

ſimus, olalum اوله لوم　*eſto ille*, ol olà & olunà اولنا & اول اوله

ſunto, olaler اوله لر　*eſtote*, olaſiz اوله سيز

Optatiuus vbique præmiſſo بولايكى bulaiki *vtinam*.

vtinam fuiſſem, olaidum اولايدم	*vtinam eſſem*, olam اولام
vtinam fuiſſes, olaidingh اولايدڭ	*vt.* olaſen v. olſan اولاسن اولسن
vtinam fuiſſet, olaidi اولايدى	*vtinam*. olà vel olſà اولسه v. اولا
vtinam fuiſſemus, olaiduk اولايدك	*vtinam eſſemus*, olaiz اولايز
vtin. olaidiz v. olaidinghiz اولايدڭز	*vtinam eſſetis*, olaſiz اولاسيز
vtinam fuiſſent, olaidiler اولايديلر	*vtinam eſſent*, olaler اولالر

Subiunctiuus præmiſſo vbique اكر egher *ſi*: qui tamen modus, vt in actiuo monuimus, confunditur plerumque cum optatiuo.

ſimus, oluriz vel iſak اولوريز ايسك	*ſim*, olſam & iſam اولسم ايسم
ſitis, olurſiz v. iſinghiz اولورسيز ايسڭز	*ſis*, olſangh & iſangh اولسڭ ايسڭ
ſint, olurlerſe vel اولورلرسه ايسه	*ſit*, olurſa &c. اولورسه ايسه اولسه

&c. *fueris*, olſaidingh اولسيدڭ　*fuerim*, olſaidum اولسيدم

Infinitiuus:　*eſſe*, olmac & olamaghà اولمق اولمغه

Sed اولدك oldugh *fuiſſe* aduerte nominaliter poni quaſi pro *eo quod fuit*, vel pro *exiſtentia*: ſicut etiam سودك ſeudugh *amauiſſe*, in eodem ſenſu, ferè ſemper nominaliter vſurpatur.

Participia:　olan & olunan, olagec اولان اولنان اولاجق

olmiſc, olup & olunup, olagì &c. اولمش اولوب اولنوب اولاجى

Deinde verbum ſubſtantiuum negatiuum hoc modo declinabis:

non-eram, deghiuldùm دكلدم	*non-ſum*, deghilùm دكلم
non-fui, olmadùm اولمدم	*non-es*, deghilſın دكلسن

non ſono ſtato, olmamiſcium اولمشم	*non-eſt*, deghil vel deghildur دكلدر
non-fueram, olmamiſcidū اولمش ايدم	*non-ſumus*, deghiuliz دكليز
non-ero, olmaim & olmam اولمايم اولمم	*non-eſtis*, deghiulſiz دكلسز
non-eris, olmazſin اولمزسن	*non-ſunt*, deghiulerdur دكلردر

&c, *ille non-ſit*, ol olmaſun اول اولمسون *ne-ſis*, olmaſen اولمسن

ET ita in reliquis modis, temporibus, & perſonis, addita ſemper negatione, verbo affirmatiuo اولمق olmac; quod aliàs *fieri*, vel *euadere* ſignificat. Quæ omnia, vt vides, ſingula cohærent cum regulis, quas in paradigmate affirmatiuo actiuo tradidimus. Quot enim ibi voces inuenies, eaſdem in ſubſtantiuo, & in quolibet alio verbo, ſiuè affirmatiuo, ſiuè negatiuo, addita negatione, formabis. Et quod ſæpè, & ſuo loco monuimus, obſeruabis; vt quum par eſt, د *d* vt *t* duplex, ز *z* vt *ſ*, ك K vt *gh*, & ڭ Perſicum vt ſimplex *n*, vel vt *i* conſonum proferantur. Ac demùm aduertes ſupradictum verbum اولمق olmac in affirmatiuo & negatiuo ſignificatu, etiam *poſſe*, vel *non poſſe fieri* exprimere, vt e.g. اولور olur *fit*, vel *erit*, & *poteſt eſſe*; اولمز olmaz *non fit*, vel *non-erit*, & *non-poteſt eſſe*, vel *non poteſt fieri*.

CAPVT QVRTVM.

De Turcica Nominum & Verborum Syntaxi.

HIc quicquid in Iberica Syntaxi tradidimus recolendum: neque enim Turcæ, alia ab alijs incedunt via: quin cum Latinis, in pleriſque conueniunt, præſertim in conſtructione verborum: & inde nos plura omittimus, vt paucis diſcrepantias obſeruemus.

6. PRI-

§. PRIMVS.

De Concordantijs, & conſtructionibus Nominum.

I QVum ſubſtantiuum, & adiectiuum ſimul in oratione coniunguntur, neque numero, neque caſu conſentiunt: nam adiectiuum nomen, vt plurimùm remanet in nominatiuo, & in numero ſingulari, quamuis ſubſtantiuum, obliquè tranſeat in pluralem, vt بيوك اولرى ياپديلر boiuk euleri iaptiler *magna domos fabricauerunt*. Sin verò adiectiuum ſolum, & loco ſubſtantiui in oratione ponatur, declinabitur per omnes caſus, quos verba exigant, ſolita nominum inflexione, vt ex infra poſitis exemplis patebit. II Quum Adiectiuum multitudinem & pluralitatem ſignificat; ſi ſubſtantiuum in numero ſingulari remaneat, grata Turcis erit oratio, vt e. g. ال الى يور ايكى ال يوزى يور el eli iur: ikki el iuzi iur, *manus manum lauat: duæ manus faciem lauat*. Vbi ال el *manus* vtrobique in ſingulari numero ponitur; quia ايكى ikki *duæ* pluralitatem importat: ſic براوق ايكى قوشى المز bir ocq ikki cuſci almaz *vna ſagitta duæ auem non capit*. Aduerte tamen يكى ikki *duæ* hic cum قوشى *auem*, ſupra cum ال *manus* in numero conſentire; ſingularis enim non pluralis dictio eſt: & ſi, vt diximus, pluralitatem ſignificat. Atque idem fit, quum aliquod eiuſmodi aduerbium immediatè præceſſerit. III Quod Latini per ſubſtantiui cum ſuo Adiectiuo concordantiam exprimunt, vt plurimùm Turcæ duobus ſubſtantiuis ſimul iunctis efferunt ſic الطون تاج altun tag *aurum corona*, دمير قپو demir capu *ferrum porta*, pro *corona aurea*, *porta ferrea*. IV Quoties duo nomina ſubſtantiua ſimul in oratione continnantur; vel primò apud Turcas, vnum eorum ponitur in genitiuo, ea conditione, vt alterum ſemper in fine recipiat particulas سى *ſi* aut ى *i* characteriſticas pronominis poſſeſſiui tertiæ perſonæ, vt ex. gr. زيدونك اتى zeidunungh atì *Zeidi equus*, پادشاهنك خزينهسى padiſcianungh chhazinesì *Regis theſaurus*. Vel ſecundò, vice genitiui, vtuntur nominatiuo, immota remanente characteriſtica poſſeſſiui vt *cap.* 2. annotauimus. Vel tertiò, quod tamen rarò accidit, more Latinorum, vtuntur ſolo genitiuo, nulla addita characteriſtica alterutro ipſorum vt e. g. ات بنهنك قليج قوشهنك At binaningh, clicc cuſcianingh *equus equitantis*, *machara cingentis*. جان جانك قرداشدر gian gianungh cardaſcdur *animus animi frater eſt*. Vel quartò neque vtuntur genitiuo, neque pronomine affixo, vt e. g. بيك ييل يراق بركون كرك

Bin

Bin ijl iarac bir ghiun ghierek *mille annorum armatura, vno die opus eſt*. Vis ad verbum? *mille annus armatura, vnus dies oportet*. Vel quintò, ſi ſignificatio ferat, elegànter vtuntur ablatiuo: quod adeò Turcis vſui eſt, vt *P. D. Iacobus* ſcripſerit, à quibuſdam doceri, Turcicum genitiuum, non modo ſyllaba أك ungh, ſed & دن *den* vel *dan* particula terminari; quod tamen nulla alia ratione dicendúm. Ablatiuo verò ſemper vtuntur, vt diximus *cap.* 3. quum ſit comparatio, vt e. g. سندن بیوك ایله بازار اتمه ſenden boiuk ilè bazar itmè *cum te maiori mercatum ne fac*. Si vis ad verbum, *te maior-cum mercatum ne-fac*.

دوه‌دن بیوك فیل وار deueden boiuk fil var, *Camelo maior Elephas eſt*.

مفت سركه بالدن ططلو *Gratis acceptum acetum, melle dulciùs*.

اشكاره دوشمان یكدر كزلی دوستدن *manifeſtus inimicus, melior eſt occulto amico*.

اجیان اشك قاطردن یوكرك اولور *ſolicitatus aſinus, mulo velocior fit*.

جاهل دوستدن عالم دوشمان یكدر *ignaro amico, prudens inimicus melior eſt*.

یتان اصلاندن كزن دلكی یكدر *iacente Leone vagans Cuniculus melior eſt*.

V Demùm nominis cum verbo concordantiam in ſingulari numero, ferè ſemper apud Turcas inuenies, vt & in iam allatis, & huc ſubiectis adagijs patet.

یاكلمز بر الله iailmaz bir Allà *non-erat vnus Deus*.

چوق بلن چوق سویلین چوق یاكلور *multum ſciens, multum loquens, multum errat*.

تیز ویرن ایكی كره ویرور tes viren, ikki kierè verur, *citò dans, bis dat*.

كندوی اوكمك قوقر ghenduì oghmek cqocqar *ſcipſum laudare .i. propria laus fœtet*.

اتلان اوق دنمز atilan ocq donmez *emiſſa ſagitta non reuertitur*.

Diſcrepat verò nomen plurale, ſi aliquod aduerbium pluralitatem ſignificans, ſingulariter poſitum intercedat, vt e. g. هركسنك دلی ططلو اولا دوستلری چوق اولور her kimſeningh dili tatlù olà, doſtlarì cioc vlur. Vim verborum expende: *cuiuſcumque lingua-eius dulcis ſit, amici-eius multùm fiet*. Fateor tamen, ſæpè verbum ſingulare, à plurali nomine regi, vel è contra nullò aduerbio intercedente.

§. SECVNDVS.

De conſtructionibus Verborum Turcicorum.

P. *D. Antonius Iardina Cler. Reg.* vir virtute, ingenij acumine, & linguarum peritia egregius plura de Turcicis verborum conſtructionibus adnotârat: ſed malum! aurea eius opuſcula, ſingula quidem incendio conflagrarunt, Turcæ, à Chriſtiana fide Apoſtatæ maleficio, qui Patrem & Paſtorem optimum, zelo & confeſſione fidei illuſtrem, igne è medio tollere cogitârat. Verùm vt paucis omnia perſtringantur, ad Latinorum claſſes verba Turcica reuocamus; ſic enim actiua, ſic paſſiua, ſic neutra ferè omnia conſtruuntur. Et I. vt apud illos, actiuum verbum (non plerumque poſt ſe, ſed ante ſe) regit accuſatiuum, vt e. g.

هركيشى كندوى يك سور غيروسندن *vnuſquiſq; ſeipſum meliùs amat alio-eius.*

شارقى بلمين عاربى بلمز *Orientem neſciens, Occidentem neſcit.*

سوز سوزى اچار *verbum verbum aperit*, ideſt, declarat.

قونق قونقى سومز *Hoſpes hoſpitem non-amat.* Verùm pluries, vel quia ſequentes dictiones à vocalibus inchoantur; vel quòd ad gratiorem ſonum ſic referat, præſertim quum orationis argumentum ritè percipitur, ى *i* characteriſtica accuſandi caſus omittitur, vt patet in ſubiectis exemplis; quæ Turcæ ſic communiter iactant.

قان ايله قانون ايلمه pro قانى قانونى *ſanguinem fac, legem* vſum *ne-fac.*

بال دوتان بارمق يالر pro بالى بارمقى *mel accipiens, digitum lingit.*

پينردن صوبولور pro پينرى صوبى *caſeum comedens, aquam innenit.*

قرقو بازركانى فايده بولمز *timidus mercator, lucrum* qnæſtum *non-inuenit.*

دوستيله يى اچ صوكو بازار ايتمه *cum-amico comede, bibe: emptionẽ venditionẽ nefac.*

الوكيله قومدوكك يرده المه *cum-manu tua quod non-poſuiſti in loco, ne-tolle.*

اكن اكن حاصل اومار pro اكى حاصلى *ſemen ſeminans, meſſem ſperat.*

ياوز عداوت ططلو بارشلق ايدر *grauis iracundia, dulcem pacem facit.*

اونتمه اولوم دايم اكا طور ne-obliuiſcere, ideſt, *cogita mortem continuò* &c.

tu

سن اول بيروق دتمكى اوكرن اندن صكره بيوره سن *tu primum mandatum capere exequi addiſce : hoc-poſt impera tu .*

اني pro بن چلبى سن چلبى ات كيم قشار *ego vir-nobilis , tu vir-nobilis : equum quis ſtrigili expolit ?*

Sed plerumque vel ſolum affixum pronominis additur vel ſimul cum litera ن *n*, quæ ferè dandi caſum ſignificat ; vt videre eſt in ſequentibus .

قورد تويين دكشدرر اوينى دكشدرمز *lupus pellem-ſuam mutat : venatũ-ſuũ non-mutat.*
طاوشنك قچمكين كوردم اتندن اكرندم *leporis fugam* vel fugire *eius vidi* &c.
كورد اوز باشين قايرمز *lupus , ipſum caput ſuum , non curat .*

Ita ergo communiter loquuntur : verùm ego ſuperiorem & rectum dicendi modum frequentiùs vſurparem . II Paſſiuum verbum , ſimiliter vt apud Latinos , & pleroſque alios , ablatiuum poſtulat , qui ex nominatiuo verbi actiui fit , & nominatiuum qui fit ex accuſatiuo , vt e.g. خلق سليمانى سور chhalc Sulimanı ſeuer *populus amat Salomonem .* سليمان خلقدن سولر Suliman chhalctan ſeuiler *Salomon à populo amatur .* Sed à tergo , vt aiunt , tùm actiua , cùm paſſiua , & alia verba , varios caſus admittunt ; præcipuè datiuum & ablatiuum , vt in ſubiunctis adagijs oſtendemus .

ميمون دوزغنه دوتلمز *cercopithecus decipula non-capitur .*

قورد طغدوغى يره طقوز كره دولشور *lupus partus-eius loco nouies vertitur .*

الدن چقان اله كرمز *e-manu exiens , manui non-intrat .*

بابه اوغلنه باغ ويرمش اوغلى برسلقوم ويرمش *pater filio-ſuo vineam dedit : filius-eius vnum racemum non-dedit .*

هركيم دنيايه دلى كلور كندو بوعالمده دلى قالور *quiſquis mundo fatuus venit &c.*

كور كوريله كيدر ايكيسى دخى جوقوره دوشر *ſi cæcus cum-cæco vadit , vterque-eorum fouea cadit .* كيم ددى سكا سراج اوله سن *quis dixit tibi &c.*

خرسوز خرسوزه يولداشدر *fur furi ſocius eſt .*

هركشيه كندو عادتى خوش كلور *vnicuique peculiaris mos-eius bene venit .*

ſi ho-

ادم طاپرمه تكريدن غيرى كسيه طاپمشون *ſi homo adoret; à-Deo, alij nemini adoret . .*

يازلن كلور باشه *quod ſcriptum-eſt, venit capiti.*

آقچيه هر نسنه مطيع در *pecunia omnis res obediens eſt.*

يرارات مهموزه احتياجي يوقدر *ſtrenuus equus, calcari opus-non habet.*

Hæc & plura his ſimilia verba, vt vidimus, datiuum petunt: quæ mox ſubijcimus, ablatiuum. يمشدن اغاجي بلنور *ex-fructu arbor eius cognoſcitur.*

محبت كورمكدن طغر muhhabet giormekten doghar, *amor ex-videre naſcitur.*

الدن چقان تمام اله كلمز *manu exiens, integrum manui non-venit.*

هندوستان فلي سورى سككدن قايرمز *India elefas-eius acuta muſca* .i. culice *non curat.*

اودادن قورقن كوتوندن صاقنور *a-cubiculo timens, a-fumo abhorret.*

ايو قليج يرامز دميردن اولمز *bonus gladius, malo ex ferro non-poteſt-fieri.*

المه اغجندن يراق دوشمز *pomum ab-arbore-ſuo remotum non-decidet.*

اومك شيطاندن در *feſtinatio ex-Diabolo eſt.* بالق باشدن قوقر *piſcis à-capite fœtet.*

Et ne longior ſim, omnia ea ablatiuum regunt, quæ vel timorem, admirationem, pudorem, motum de loco, cauſam, aut quid ſimile quouis modo ſignificant. Demùm I I I plura ex neutris, præcipuè ſubſtantiuum, & abſolutum, vt apud Latinos, plures nominatiuos admittunt, vt e.g.

قورد اوغلى قورد اولور كركسه ادميله بيوسون *lupus filius-eius lupus fit etiamſi &c.*

اسكى دوشمان دوست اولمز *antiquus inimicus, amicus non-poteſt-fieri.*

اولورسه دورست اولمز *ſi-fiat, ſincerus non-erit.*

صبرايله قورق حلوى اولور وتوت يپراقى اطلس اولور *cum-patientia vua acris bellarium fit: mora folium-eius ſericum raſum fit.*

دلويه هركون بيرامدر *fatuo, omnis dies paſcha eſt.*

Frequenter tamen ſubſtantiuum verbum, ob ſermonis grauitatem, in oratione reticetur vt

قره اشك قپوده بغلو *niger aſinus ad ianuam alligatus.*

دلنجى نڭ يوزى قره تورباسى دولو *mendici facies eius nigra: bulga-eius plena.*

قونشى حقى تڭرى حقى &c. Verbum autem intranſitiuæ poſſeſſionis, quale eſt Latinorum *habeo*, *habes*, non agnoſcunt Turcæ; ſed eius vice, vt habet *Andreas du Ryer*, vtuntur voculis لو *lu* & لى *li* affixis fini nominum abſtractorum, vt e. g. عظمتلو *magnificentia præditus*, جانلو gianlù *animo præditus*. Puta *magnificentiam habens in ſe* vel *præ ſe ferens*, & *habens animum excellentem*. Huius quoque verbi loco, vt *P. D. Iacobus docet*, vtuntur verbo واردر *vardur*, vel وار *var*; واريدى *varidi* واردى *vardi* &c. quod ſemper vſurpatur, additis nominibus, affixis pronominum in hunc modum.

هر يرڭ برطورزى وار *cuiuſcumque loci mos-ſuus eſt*,

ديوارڭ قولاغى وار *parietis auris-eius eſt* .i. *aurem ſuam habet*.

Et ſi in prima vel ſecunda perſona loquatur oratio, ſuo quoque modo variantur affixa vt e. g. اوم واردر euum vardur *domus-mihi eſt*, اوڭ واردر euungh vardur *domus-tibi eſt*, اوى وار euì var *domus illi eſt*, .i. *ego, tu, ille habet domum*. Similiter etiam يوق در ioctur يوق ايدى ioc idì &c. vſurpatur in negatiuo ſignificatu vt e. g. اوم يوق در euum ioctur, *domus-mihi non-eſt*, اوڭ يوق در euungh ioctur *domus-tibi non-eſt* &c. Sed hoc verbum, iuxta variam ſignificationẽ, quam habet; variam etiam ſortitur conſtructionem, vt patet ex allatis exemplis. Nec ſemper exigit, vt affixa nominibus adiungantur e. g. ادمدن ادمه فرق وار ademden ademè farc var *ab-homine homini diſcrimen eſt*. Quæ omnia, vt in prolixiori oratione, methodo hiſtorica experiaris; ecce Turcicum fragmentum, quod à Regum Perſarum annalibus, à ſupracitato Authore decerptum, in Tyronum gratiam huc ſubijcimus.

Arab; cqildì moucarrar amellerini ataſinungh; qldì padiſcià Beheiã ciunki
چونكى بهرام پادشاه اولدى اتاسينڭ عملرنى مقرر قلدى عرب
Arabum; confirmauit facta ſui-patris ; fuit Rex Beheram quum

dinenden Arab , Nouman bu cqildì moucarrar elendè Nouman milkni
ملكنى نعمان الندە مقرر قلدى بو نعمان عرب دينندن
ex-lege Arabum, Nouman hic confirmauit in-manu Nouman regnum

zama-

zamanenden Sciabur ,idi olmiſc pereſt put ,idi cekmiſc el
ال چكمش ايدى پوت پرست اولمش ايدى شابور زماندن
a-tempore Sciabor ,fuerat adorans idolum ,traxerat manum

Arab ,vlingè vacqt achhir Beheramungh bin Beheram melik ta
تا ملك بهرام بن بهرامك اخر وقت اولنجه عرب
Arabum, donec-obijt tempore vltimo Beherami filium Beheram Regem vſque-ad

eiledì ſultanlic ijl dort on iuz ,oldì elende anungh, milki
ملكى انك النده اولدى يوز اون درت ييل سلطانلق ايلدى
regnauit annos quatuordecim centum, fuit in-manu eius ,regnum

Sciabur birì ,deghuiſciuruldi padiſcia lerì agem kierre dort,zamanende onungh
انك زمننده درت كره عجم پادشاهلرى دكشورلدى برى شابور
Sciabar vnus, mutati-ſunt Imperatores Perſarum vicibus quatuor, in-tempore eius

ghiendù kiſcileri cioc idi Hurmuz bin Beheram birì , Hurmuz birì
برى هرمز برى بهرام بن هرمز ايدى چوق كشيلرى كندو
propria homines multos, erat Hurmuzi filius, Beheram vnus, Hurmuz vnus

onì Beheram amma idi vilè zamanendè Hurmuz idi dondurmiſc medahbnà
مدهبنه دندرمش ايدى هرمز زماننده وايله ايدى اما بهرام اونى
eum Beheram ſed: erat ſic in-eius-tempore, Hurmuz redire-fecerat ſua-ſecta

vcc ; ijl vcc Beheram,eiledì pak neſlenden onungh iuzinì ier oldurdi tutti
طوتدى اولدردى ير يوزنى اونك نسلندن پاك ايلدى بهرام اوچ ييل اوچ
tres, annos tres Seheram abſterſit ex-progenie eius, faciem terra; occidit apprehendit

, oldì padiſcià Beheram bin, Beheram ſonghrà vldì, eiledì ſcialic ghiun vcc , ai
اى اوچ كون شاهلق ايلدى اولدى صكره بهرام بن بهرام پادشا اولدى
, fuit Rex Beherami filius, Beheram poſtea obijt & regnauit dies tres menſes

, ghiuzetti taricnì , dininì ataſinungh coudì tagì baſcnà
باشنه تاج قودى اتاسينك دينى طريقنى كوزتدى
, obſeruare fecit viam & , legem ſui-patris, impoſuit coronam ſuo-capiti

. nec-immutauit bozmadì بوزمدى

Vbi aduerte pronomen poſſeſſiuum plerunque ſine ى *i*, ſola ن *n* litera deſignari: Sed de reliquis orationis partibus ſermonem inſtituamus.

L 2 CA-

CAPVT QVINTVM.

De particulis Turcicæ Orationis.

ARabum & Turcarum, vt cœterorum Orientalium, mos eſt, in nomen, verbum, & particulam, orationem diſtinguere; quam tamen ita ſubdiuidunt, vt particulæ nomine aduerbium, & reliqua omnia intelligantur.

§. PRIMVS.

De formatione, & vſu Turcicorum Aduerbiorum.

I TVrcica aduerbia variè terminantur; nec quidem in formatione, aut deriuatione conſentiunt, præter nonnulla finita ſyllaba جه quæ in *gè*, vel *cè*, *già* aut *cià*, proferuntur iuxta exigentiam præcedentium literarum. Et ita e. g. ex عرب Arab *Arabs*, fit عربجه Arabcia *Arabicè*; ex كورجى Giurgì *Iberus*, كورجيجه Ghiurgicè *Ibericè*; ex فرنك Phrank *Latinus*, فرنكجه Phrankcia *Latinè*; ex ترك Turk *Turca*, توركجه Turkcia *Turcicè*, & ſic Armencia, Vrumcia, *Armenicè*, *Græcè* &c. Additur quandoque hæc eadem ſyllaba, alijs nominibus, quæ aliquam qualitatem ſignificant; vt ab illis, ſimilia aduerbia deriuentur: ſed hoc raró admodum fit; nec alijs vti licebit ab ijs, quæ vſu ſermonis tutè facilè addiſces. II Aliud eſt genus aduerbiorum, non tamen ſimplex, ſed compoſitum particula ايله ilè *cum*, quæ vel nomini, vel infinitiuo verbi frequenter adiungitur, vt e. g. عظمت ايله *cum magnificentia*, رعيت ايله *cum honore*, سومك ايله *cum amare*, محبت ايله *cum amore* pro *magnificè*, *amicè*, *amanter* &c. III Vt *P. D. Iacobus* accuratiſſimè omnium obſeruauit, iunguntur quandoque aduerbijs characteriſticæ poſſeſſiuæ, vt e. g. ex الرى ilerì *ante*, fit الريم ilerim *ante-me*, الريك ileringh *ante-te*, الريسى ileriſì *ante-ſe*, الريمز ilerimiz *ante-nos*, الريكز ileringhiz *ante-vos* الريسى ileriſì *ante-illos*. Sic ab icceri, *intra*, iccerim *intra-me*, icceringh *intra-te*, icceriſì *intra-ſe* &c. IV Inſtar nominum declinantur; plerunq; enim, aut ه datiuo, aut دن particula, ablatiuo efferuntur; præſertim quum aut motus ad locum aut de loco ſignificatur. V Nomina adiectiua quan-

quandoque etiam, vt ita dicam, aduerbialiter in oratione ponuntur, vt e. g. اکری اوطور طوغری سویله eghirì otur, doghrì ſoilè *obliquus ſede*; *rectus loquere* pro *obliquè*, *rectè* &c. Et demum notabis, vt plurimum aduerbia verbis in oratione præponi, ſolis exceptis imperatiuis. Sed in ſequenti paragrapho reliqua breuiter abſoluamus.

§. SECVNDVS.

De vſu, & conſtructione omnium aliarum particularum.

PRæcipuæ particulæ ſunt, دك dek, & دکین *vſque*, دن den, aut dan *à, ab, è, ex, de*, ایچه ingè vel ingià *donec*, کبی kibi, vel کمی kimì *vt ſicut*, ده dè *in*, سیز ſiz, vel سوز ſuz *ſine*, یله *cum*; quæcum multis alijs ſimilibus aduerbijs, & præpoſitionibus, verbis aut nominibus adiunguntur, vt یارندك & یارندکین *cras-vſque* .i. *vſque cras*, ایلچی کلینجه *legatus veniat-donec* .i. *donec veniat*. Sic ſakalſiz *imberbis*, benumilè *mecum* &c. quibus addenda eſt dictio کرك ghierek *oportet*; & particula می mi per quam fit interrogatio, vt کلورمی ghielurmi *veniet-ne*, کلورمیسن ghielurmiſin *venies-ne tu*, ایلچیمیدر elcimidur *legatus-ne eſt*. Aduerte autem, vt quidam monet, quod quoties interrogatio fit per *vbi* particula ده *de*, qua reſpondetur, annectitur nominatiuo nominis, quod ſubijcitur interroganti, vt زیدون قنده در *Zeidus vbi eſt?* اوده در *domo-in eſt* .i. *eſt domi*. Sin verò fuerit reſpondendum ad interrogationem factam per *quo*, ſiuè verbum exprimatur, ſiuè reticeatur, ſubijcitur nomen petitum, in datiuo caſu; vt قنده کیدرسن *quo vadis?* اوه کیدرم *domui vado*. At quando interrogatio fit per *vnde* ad illam reſpondetur in nominis locì poſtulati ablatiuo, vt اودن کلورم *domo-ex venio*, vt pluribus exemplis capite præcedenti docuimus. Si autem interrogatio fiat per pronomen interrogatiuum کم kim, vt ait *Andreas du Ryer*, reſpondendum eſt in eodem caſu, per quem fit interrogatio, vt apud Latinos ex. gr. کمك در بوکتب kimun dur bi kitab *cuius eſt hic liber?* زیدونك در; Zeidunungħdur, *Zeidi eſt*: کمه ویررسن kimà virirſin *cui dabis?* ایلچیه elciiè *legato* &c. II Præpoſitiones صکره ſonghra *poſt*, اول euuel & الری ilerì vel الرو ilerù, & اوکردو *ante*, اوتورو oturù, *propter*, غیری ghairì vel غیرو ghairù *alius, alter*, conſtruuntur cum ablatiuo, vt ایلچیدن صکره elciden ſonghrà *legato poſt*, ایلچیدن اول elciden euuel *legato ante*, vel *legato priùs* &c. Nec tantùm nominibus, ſed etiam verbis & præcipuè infinitiuis tùm in actiua, cùm paſ-

paſſiua ſignificatione iunguntur. Demum III aliæ ſunt præpoſitiones, quæ conſtruuntur cum genitiuo, aliæ quæ cum ſolo nominatiuo ponuntur; vt in pleriſque ex ſubiectis adagijs obſeruabis.

قيشدن صكره بهار اولور *A-hyeme poſt, ver fiet.*

ات اغورلندكدن صكره اخور قپوسني قپرمن *equus à ſurreptione poſt* .i. poſtquam abductus, ſurreptus eſt, *ſtabulum ianuam-eius claudis.*

عيبسز يار استين يارسز قلور *vitio-ſine amicum volens, amico-ſine remanet.*

قولسز كيرن حق سز چقار *conuentione-ſine ingrediens, iure-ſine egreditur.*

كورلرك اراسنده سن داخي كوزك قپه *cæcorum medio-in, tu etiã oculum tuũ claude.*

دوستلرك اراسنده تكرلق يوقدر *amicorum medio-in &c.*

بلاسز بال اولمز *moleſtia-ſine, mel non-poteſt-fieri.*

يالكز طاش يله ديوار اولمز *ſolùm lapide-cum, murus non poteſt fieri.*

دولتسز اوغلدن دولتلو قول يكدر *domino-ſine filio, dominio-cum ſeruus, melior eſt.*

قره كون ايل ايله بيرامدر *nigra dies alijs-cum, paſcha eſt.*

قورو ياننده ياش يانر *aridum iuxta, viridum ardet.*

پشمق بلچق سز اولمز *calceus luto-ſine non-poteſt-eſſe.*

ادم كزمكيله صاغ اولور *homo deambulare-cum, ſanus* vegetus *fit.*

نره ده ديش اغرانده دل دوقنور *vbi dens dolet, eò lingua impingitur.*

اى ديوانه اى ديوانه ايق بردربصر مرديونه *ò ſtulte ò ſtulte, pes ſingulatim ſcandit climaci* ſcalis.

دوه دوه يرينه چوكر *camelus, camelus loco eius, genuflectit.*

يا دوه يا دوه جى اولور *aut camelus, aut camelarius morietur.*

دولتسزك اوغلى دولتلونك قولى اولمق يكدر Ab *illius-qui-eſt-ſine-dominio filium eſſe, illius-qui-eſt-cum-dominio, ſeruum eſſe, melius eſt.*

ايكى ديشك اراسندن چقان سوز *duo dentis medio-ex, exiens verbum.*

ياپو طاشى يرده قلمز *fabrica lapis-eius, loco-in non-remanebit.*

quis

هر طاش يرنده اغردر *quilibet lapis, loco-ſuo-in, grauis eſt.*

اصلنمش يغمردن قورقمز *madidus pluuia-a non-timet.*

حرمت ايكى باشدن اولور *reuerentia* conſalutatio, *duo capite-a fit.*

يرامازدر بلميينه ايلوك اتمك *malum eſt neſcienti benefacere.*

قوربان قدايه قلقان اولور *ſacrificium indignationi,* vltioni, *ſcutum fit:*

اولو اشك بولدك نالن چكرمق استرسن *mortuum aſinum reperiſti: ſoleam-eius extrahere vis.*

يكشكى صاغر يكز Garrulum *loquacem, ſurdus opprimit.*

شريعت كسدكى برمق اچمز *iuſtitia abſcidit-quem digitus non-dolet.*

سر ويرمك اولور سر عيان ايلمك اولمز *caput dare poteſt-eſſe: ſecretum patefacere non-poteſt-eſſe.*

كوپكك اغزى كموك دوتر *canis os-eius, os accipit.*

صرب سركه كندو قبه ياغبودر *forte acetum, vaſi-ſuo venenum eſt.*

ادم نيله كلدى انكيله كيدر *homo quo-cum venit, eo-cum diſcedit.*

تاتار كبرى توتون كوردكمز يرده قونرز *Tartarus ſicut, fumum in-quo-proſpeximus, loco-in diuertimus.*

اولومى اولميانك بلشى اولمز *mors-eius non-morientis ſcientia non-poteſt-eſſe* .i. non poteſt fieri vt ſciamus cum qui non moritur, morietur.

طاوك اوازى ايراقدن قباكلور *gallina vox-eius, longe-a ampla venit.*

ادم اقرارندن حيوان يولارندن *homo confeſſione-ſua-ex, iumentum capiſtro-ſuo-ex.*

اولويه بددعا يرامز سويلمه *mortuo blaſphemiam malam ne-loquere.*

درويش هر يردكى اخشام اولدى اكا سرايدر *eremita omni loco-in quo facta-eſt nox, illi palatium eſt.*

سوزى فكرى ادوپ سويله *verbum premeditatus, loquere.*

اسكى پانبوك بيز اولمز *vetus goſſipium, tela non-poteſt-euadere.*

واردغك يره قره نلق ايسه سنده كوزك قپه *quo vadis loco, nigredo* obſcuritas ſi *ſit, tu etiam oculum tuum claude.*

Vbi

Vbi aduerte واردغك vardughun, vt ſupra etiam كوردكمز ghiordughiumuz, *in-quo-videmus*, eſſe quendam dicendi modum verbo, & كه ki relatiuo compoſitum, frequenter à Turcis vſurpatum; cuius ك K euphoniæ gratia, vertitur, vel certè pronuntiatur vt غ *gh*; nam كوردكم ghiordughium e. g. ponitur pro كه كوررم ki ghiorurum *quem-video*, كوردكك ghiordughungh pro كه كوررسين ki giorurſin *quem-vides*, كوردكى ghiordughì pro كه كورر ki ghiorur *quem-videt* كوردككز ghiordughiunuz pro كه كوررسكز ki ghiorurſinis *quem*, *quam*, *quod*, vel *quæ videtis* &c. Imò ſicuti particula كه ki, varia relatiuè ſignificantur ſic plura hæc vox compoſita exprimit; ſed quæ tamen horſum omnia euadant. Nec ſoli præſenti tempori inſeruit; & quod in eiſdem adagijs vtplurimùm obſeruabis, ſubſtantiuo ſuo cui adhæret, in oratione præponitur; niſi tamen illud reticeatur. Et hoc relatiuum كه ki frequenter etiam adiungitur aduerbijs, alijſque orationis partibus vt videbis. Aduertes I I. فكر ايدوب fikir idup, quod in ſuperiori adagio declarauimus; ſicuti سووب ſeuup, & سومش ſeumiſc, multifariam vſurpari; frequenter tamen ponitur, pro perſonis præteriti, vt ſuo loco docuimus: ſed aliquando idem eſt, ac participium intus ſignificationis actiuæ verborum communium, aut deponentium. Sed demum de interiectione & coniunctioue dicamus.

§. TERTIVS.

De Interiectionibus, & Coniunctionibus Turcarum.

VT nonnulla de his breuiter doceamus. I. Variæ etiam apud Turcas ſunt interiectionum formæ & ſignificationes: ſed præcipuè quæ ſequuntur. Optantis vt انشاء الله inſciaallà *ò vtinam*; dolentis, & ingemiſcentis واى واى واى vai vai vai, اى اى ei ei مدت medèt *Hei heu*. Imperiosè, vel indignanter vocantis بره brèh *Heus*; reſpondentis لپه lepeh; ſilentium indicentis سوز ſos ſt. Admirantis يا ià; equites ſolicitantis هيده hhaida; Dolentis & iraſcentis حاى حاى حاى Hhai Hhai Hhai; atque aliæ plures; quas vſu ſermonis facillimè apprehenduntur. I I Turcæ coniunctionibus perrarò vtuntur; vt in relatis adagijs viſum eſt: Copulatiuæ verò, ſeù connexiuæ ſunt و ve *&* ام em, & ده dà vel دخى dachhì *etiam*; Diſiunctiuæ يا ia *aut*, نه nè *ne*, يا ia vel اما ammà *ſed*; Collectiuæ, illatiuæ, ſiuè rationales پس pes, پسندى peſindì, اندى indì, *ergo*. Conditionales اكر eghier *ſi*, تك tek *dummodo*, atque aliæ, quas in Dictionarijs ex ordine digeſtas inuenies: *vt* verò quam ſubiunctiuam vocamus, apud Turcas eſt كه ki.

Sed

Sed poſtremo hoc loco, deuotionis ergo, habe Lector precationem illam in tota fermè Italia, Iberia, & Colchide celeberrimam P. D. Franciſci Olimpij Cler. Reg. magnæ virtutis Viri, quam vulgò Corollam B. M. Virg. nuncupamus, Turcico idiomate eleganter redditam, ab Illuſtriſs. Domino Rogerio Harlai. Comite de Cesì, noſtri Ordinis obſeruantiſſimo, docto, erudito, quamplurium linguarum peritiſſimo Viro: cuius parentis olim Francorum Regis Oratoris ope, P. D. Iacobus Stephanius, atque alij noſtrates Conſtantinopoli, à Turcarum Præſide capitis damnati, abſoluti ſunt.

بسم الاب والابن والروح القدس
الاله الواحد

حضرت مريمك كوچك تسبيحى دركه ذكرا ولنور وداخى اونى اوقومق ايچون برطريق دركه انى جان وكوكل ايله اوقويانلره غايت فايدهلودر حضرت مريمك كوچوك تسبيحى اوقوندقده دعاء ربانى ديدكلرى دعاثالوث المقدسك اديله كه بريالكزذات وبرىالكز الله دراوچ كره اوقنور ودخى حضرت مريمك سلامى ديدكلرى دعا حق تعالى طرفندن حضرت مريمه اولنلن اون ايكى احسان ايچون اون ايكى كره دينلور وبو تسبيح اوچ فصل اوزره اولوب هرفصلده بركره دعاء ربانى اوقندقدن صكره حضرت مريمك سلامى دورت كره اوقمق لازم كلور ومزبور تسبيحى كرهكى كبى اوقومق ايچون لازم اولان طريق بودركه انى اوقويان كشى حق تعالى حضرت مريمه اتدوكى احسانلرى دقتله فكرايليوب محبت واخلاصله نچه لطفلر رجا ايليه لكن بونه شكل اوزره اولاجاعن هركشى رخونجه اكماق ايچى بوندن صكره اولان كلمات ايله بيان اولنور

اولكى دعاء ربانى اوقندنصكره بوسوزلر
دينلور

يا ازلى اللهم ونهايتسز قادر بابا جان وكوكلدن سوئرم وسودكك قزك اولان

حضرت مریمه اندکك احسانلر ایچون عظمت وقدرتکه نهایتسز شکرلر ایده رم
وسندن دیلرم یاربّم که انوك قولی اولمغه اولجیبه دك بکا عنایت ایلیه سن ☆

ابونا الذی فی السماوات یتقدس اسمك تات ملکوتك تکن مشیتك کما
فی السماء کذلك علی الارض خبزنا کفافنا اعطنا فی کل یوم واغفر لنا خطایانا
کما نغفر نحن لمن اخطی الینا ولا تدخلنا للتجاریب لکن نجینا من الشریر
لان لك المجد والملك والقوة الی الابد امین ☆

بودعانك معناسی بودر

یابیزوم بابا مزکه اسمانده سی سنك ادك مقدس اولسون سلطنتك ظهوره
کلسون مرادك اسمانده یغیه حاصل اولورسه انجلین یرده دخی اولسون بیزه
کفایت ایدن وکون بکون ویردوکك اکمکیمزی بوکون دریغ ایلمه وبیزم
حقمزده صوچ ایدنلره عفو اندوکمز اوزره سن دخی کناهلر بمزی عفو ایلمه
وبیزی وسوسیه اوغرتمیوب شیطان شرّندن خلاص ایله امین ☆

اولکی سلام مریم اوقندقده بوسوزلر
دیملور

یا حضرت مریم جانِ وکوکلدن سوئرم وحق تعالی حضرتلرینه شکرایدرم
که ازلدن سنی یالکز والدة الله اولمق ایچون اوکرتلمش درسندن دیلرم
یاسیدهم که بنم خلاص اولمامی وبکا ابدی عمر عنایت اولماسنی حضرت
عیسی دن رجا ایلیه سن ❖

السلام لك یا مریم یا ممتلیة نعمة الرب معك مبارکة انت فی النساء
ومبارکة هي ثمرة بطنك سیدنا یسوع المسیح یا مرة مریم والدة الله صلی
لاجلنا نحن الخطاة الان وفی ساعة موتنا امین ❖

بوصلامك معناسى بودر

سنك اوزرينكه سلام اولسون يا مريم كه اللهك نعمتيله طولوسن ربّ تعالى سكله درسن عورتلر اراسنده مبارك سن ودخى قرنكك ميوه سى اولان حضرت عيسى مبركدر يا حضرت مريم والدة الله بيزكا كنهكارلر ايچون حالاواوله جكمز ساعتده دعا ايله امين ۞

ايكنجى سلام مريم اوقندنصكره بوسوزلر دينلور

يا حضرت مريم جانى وكوكلدن سونرم كه والده ك وجود پاكك ايله كبة اولدقده جمله انسانده اولان اصلّيه نام كناهك لكه سندن معاف اولمش سن سيّده م كه كاه لرمدن پشيمان اولوب انلرك يارلغانمه سى حضرت عيسى دن رجا ايليه سن اوجنجى سلام مريم اوقنده بوسوزلر دينلور يا حضرت مريم جانى وكوكلدن سونرم كه خشوعله حق تعالى نك امرينه كما ليله مطيع اولوب انوك مرادينه كندوكى دايم تسليم ايلمش سن سندن ديلرم يا سيده م كه حق تعالى نك امرندن زرّه قدرا ير لميوب هر خصوصده انك مراديده اويمامى حضرت عيسى دن رجا ايليه سن ۞

دردنجى سلام مريم اوقندقده بوسوزلر دينلور

يا حضرت مريم جانى وكوكلدن سونرم كه حق تعالى سكا اتدوكى احسان مخصوص ايله بوتون عمرك پاكلكك كماليله مقدس اولوب كناه عارضيّه بلسه عمركده اتمش سن سندن ديلرم يا سيده م كه حضرت عيسانك عنايتنده قايم اولوب ثوابمك ارتمه سنى انك رحمتندن رجا ايليه سن ۞

ایکنجی دعاء ربانی اوقندقده بوسوزلر دینلور

یا ازلی ویا نهایتسز عالم ابن الله جان وکوکلدن سونرم وسودکسك والده‌ك اولان حضرت مریمه اتدکك احسانلر ایچون عظمت وعلمکه نهایتسز شکرلر ایده‌رم وسندن دیلرم یاربم که اولنجیه دك انك قولی اولمغه بکا عنایت ایلیه سن ❁

اولکی سلام مریم اوقندقده بوسوزلر دینلور

یا حضرت مریم جان وکوکلدن سونرم که قز اوغلان قز قالوب ابن اللهك انسا نیتنك وجود پاکمله کبه اولماعیله انوك والده سی اولمش سن سندن دیلرم یاسیده‌م که یعنه جانلر سوزمك تاثیر یله کاهدن فراغت ایدوب حضرت عیسانك اوغوللری اولماق ایچون انلره یاردم ایدة حك قوت وارزو بکا عنایت اولنمه سنی انك رحمتندن رجا ایلیه سن ❁

ایکنجی سلام مریم اوقندقده بوسوزلر دینلور

یا حضرت مریم جان وکوکلدن سونرم که سایر طوغورن عورتلر کبی اولمایوب حضرت ابن اللهی زحمتسز طوغورمش سن اونك مصاجتیله دایما مشرف اولمش سن سندن دیلرم یا سیده‌م که حق تعالی نك نعمتی بنم جانمه اعنایت اولنمه سنی حضرت عیسادن رجا ایلیه سن ❁

اوچنجی سلام مریم اوقندقده بوسوزلر دینلور

یا حضرت مریم جان وکوکلدن سونرم که انا اولوب قزلغك سندن ضایع ولمشدر وجمیع ابکارك اولکیسی اولمش سن سندن دیلرم یاسیده‌م که جان ایمك

وتنك پاكلكى بكا عنايات اولماسنى حضرت عيسادن رجا ايليه سن ☆

دردنجى سلام مريم اوقندقده بوسوزلر ديفلور

يا حضرت مريم جان وكوكلدن سونرم كه اوغلك بوقدرا شكنجه ايله حاجده صلب اولندقده تصدق قلبجى جانكه تاثير ايليوب قلبك تمام اشكنجه لنمكله عذاب چكمه ده حضرت مسيحه بكزمش سن سندن ديلرم ياسيده ام كه دردو المدره تحمل اتمك ايچون لازم اولان صبر بكا عنايت اولنمه سن حضرت عيسادن رجا ايليه سن ☆

اوچنجى دعاه ربانى اوقندقده بوسوزلر ديفلور

يا ازلى ونهايتسز كريم اللهم روح القدس جان وكوكلدن سونرم وسودكك عروسك اولان حضرت مريمه اتدكك جميع احسانلر ايچون عظمت وكرمكه نهايتسز شكرلر ايلر وسندن ديلرم يارتم وصادق اللهم كه والجيمه دك انوك قولى اولماغه بكا عنايت ايده سن ❖

اولكى سلام مريم اوقندقده بوسوزلر ديفلور

يا حضرت مريم جان وكوكلدن سونرم كه حضرت مسيح ديرلدكده وكوكه چقدقده وروح القدس كلدكده سنك پاك كوكلك نهايتسيز شادپلغله طولمشدر سندن ديلرم يا سيده ام كه بنم جانمه صفاى قلب عنات اولنمه سنى حضرت عيسادن رجا ايليه سن ❖

ايكنجى سلام مريم اوقندقده بوسوزلر ديفلور

يا حضرت مريم جان وكوكلدن سونرم كه حق تعالى نك امريله جان وتنله كوكه

كوكه چقن وغكده ملايك واولبانك جميع بولكارى اوزرنده كندودن مكا
مكان احسان اولمشدرسندن ديلرم يا سيده م كه عمرم عاقبت الخير ايله
تمام اولمق عنايتيني حضرت عيسادن رجا ايليه سن ۞

اوچنجي سلام مريم اوقندقده بو سوزلر
دينلور

يا حضرت مريم جان وكوكلدن سونرم كه حق تعالى سنى جميع ملايك
واولبانك اوزرينه سلطان ايليوب هر نعمة ني سنك حككده قومشدر سندن
ديلرم يا سيده م كه حضرت عيسانك بنده سى اولوب سنك داخى قولك
اولماق بكا عنايت ولنمه سنى انك لطفندن رجا ايليه سن ۞

دردنجى سلام مريم اوقندقده بو سوزلر
دينلور

يا حضرت مريم جان وكوكلدن سونرم كه حق تعالى نك ياننده بزم ايچون
ديلكجي اولوب جميع ديرلرك وداخى رحمتك انا ينمسندن ديلرم يا سيده م
كه حمايتك بكا دايما عنايت اولنماسنى حضرت عيسادن رجا ايده سن ۞

امين والله شكر ۞

In Nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti &c.

SANCTAE MARIÆ,

Parua Corolla eſt de qua agitur; & etiam quidam modus eam recitandi; qui eam cum animo & corde legentibus, vtiliſſimus eſt.

COrolla B. Mariæ V. tribus Orationibus Dominicalibus nectitur, in honorem Sanctiſſimæ Trinitatis, & duodecim Salutationibus Angelicis, in memoriam totidem priuilegiorum eiuſdem Beatiſſimæ Virginis. Diuiditur hæc Corolla in tres partes; & in qualibet parte ſemel Oratio Dominicalis, & quater Salutatio Angelica recitatur. Modus autem eam recitandi eſt, vt priuilegia eiuſdem Virginis recolentes, amotis, ac petitionis actibus ferueamus. Quod vt rudes clariùs doceantur. *Ad I Pater noſter* dicetur: Gaudeo ò æterne Deus, & immortales gratias ago maieſtati tuæ ò Pater omnipotens, ob priuilegia conceſſa Beatiſſimæ Virgini, dilectiſſimæ filiæ tuæ: & peto, Deus meus mihi largiaris, vt & viuam & moriar pijſſimum mancipium eius. *Ad I Aue Maria*: Gaudeo ò Beatiſſima Virgo ob prædeſtinationem tuam, per quam ab æterno ſingulariter in

Dei

Dei Matrem electa fuiſti. Te obſecro ò Domina mea, vt à Ieſu mihi exores ſalutem & vitam æternam. *Ad II Aue Maria*: Gaudeo ò Beatiſſima Virgo, ob immaculatam conceptionem tuam, per quam ſine macula originalis peccati, concepta fuiſti. Te obſecro ò Domina mea, vt à Ieſu mihi exores veram pœnitentiam, & veniam peccatorum. *Ad III Aue Maria*: Gaudeo ò Beatiſſima Virgo, ob profundiſſimam humilitatem, & perfectiſſimam obedientiam tuam: cum qua continenter te voluntati Domini conſecrabas. Te obſecro ò Domina mea, à Ieſu mihi exores, vt perfectè me conformem ad voluntatem diuinam. *Ad IV Aue*: Gaudeo ò Beatiſſima Virgo, ob eminentiſſimam ſanctitatem totius vitæ tuæ, per quam cum ſpeciali priuilegio Dei, nec peccatum veniale aliquod commiſiſti. Te obſecro ò Domina mea, vt à Ieſu mihi exores perſeuerantiam in gratia eius, & meritorum augumentum. *Ad II Pater noſter*: Gaudeo ò ſapientiſſime Fili Dei, & infinitas gratias ago maieſtati tuæ, ob omnia priuilegia conceſſa Beatiſſimæ Virgini Mariæ, tuæ dilectiſſimæ Matri. Te obſecro, Deus meus, mihi gratiam largiaris, vt viuam, & moriar pijſſimum mancipium eius. Deinde *ad I Aue Maria*: Gaudeo ò Beatiſſima Virgo, te in virginali vtero tuo, concepiſſe Filium Dei, & veram illius Matrem factam fuiſſe. Te obſecro ò Domina mea, vt à Ieſu mihi exores, ſpiritum lucrandi animas; & maieſtati eius, filios progignendi. *Ad II Aue*: Gaudeo ò Beatiſſima Virgo, te ſine dolore peperiſſe Filium Dei, & cum eo perpetuò eſſe verſatam. Obſecro ò Domina mea, vt à Ieſu mihi exores, Dei gratiam in anima mea. *Ad III Aue*: Gaudeo ò Beatiſſima Virgo, ob perpetuam virginitatem tuam; quum ſis Mater & Virginum omnium primiceria. Te obſecro ò Domina mea, vt à Ieſu mihi exores mentis & corporis puritatem. *Ad IV Aue*: Gaudeo ò Beatiſſima Virgo, ob ſimilitudinem quam cum Chriſto in paſſione habuiſti: ſuſtinens excellens martyrium in corde tuo: gladio doloris, ob paſſionem Filij tui, animaduertente animam tuam. Te obſecro ò Domina mea, vt à Ieſu mihi exores gratiam, qua patienter quæcunque aduerſa ſuſtineam. *Ad III Pater noſter*: Gaudeo ò Spiritus ſancte, Deus meus; & benigniſſime maieſtati tuæ, infinitas gratias ago, ob omnia priuilegia, conceſſa Beatiſſimæ Virgini, dilectiſſimæ ſponſæ tuæ. Te obſecro Domine mi, & Deus vere, vt mihi gratiam largiaris, qua viuam, & moriar pijſſimum mancipium eius. *Ad I Aue Maria*: Gaudeo ò Beatiſſima Virgo, ob gaudia quæ ſenſit puriſſimum cor tuum in Reſurrectione & Aſcenſione Chriſti, & in Aduentu Spiritus ſancti. Te obſecro ò Domina mea, vt à Ieſu exores, veram pacem conſcientiæ meæ. *Ad II Aue*: Gaudeo ò Beatiſſima Virgo, ob tuam in cœlum aſſumptionem, non in anima ſolùm, ſed etiam cum corpore: ob quam ſupra omnes Angelorum & Sanctorum Choros exaltata fuiſti. Te obſecro ò Domina mea, à Ieſu mihi exores, vt cum bona morte, benè finiam vitam meam. *Ad III Aue*: Gaudeo ò Beatiſſima Virgo, te eſſe Angelorum & Sanctorum Reginam, & Dominam omnium rerum. Te obſecro ò Domina mea, vt à Ieſu mihi exores, vt ſim perpetuus ſeruus eius & tuus. *Ad IV Aue*: Gaudeo ò Beatiſſima Virgo, quòd ſis Aduocata noſtra, Mater miſericordiæ, omnium viuentium Mater. Te obſecro ò Domina mea, vt à Ieſu mihi exores, vt te ſemper habeam in meam benigniſſimam protectricem. Amen. Deo gratias.

Quam tamen iuxta vim Turcicorum verborum, Latinè redderes in hunc modum.

B. Mariæ parua corona quum recitatur, Oratio Dominicalis, quæ vocatur Oratio Sanctæ Trinitatis nomini-eius: quæ vna ſola eſſentia, & vnus ſolus Deus eſt, tres vices legitur: & etiam S. Mariæ ſalutatio quæ dicitur, Oratio, Dei ex parte S. Mariæ facta duodecim per priuilegia, duodecim vices dicitur. Et hæc corona tres partes ſupra quum fit, qualibet in parte, vna vices Oratio Dominicalis recitatione-eius poſt, S. Mariæ ſalutatio-

eius

eius quattuor vices legi opus venit: & prædictam coronam ſicut recitandi cauſa, opus quì eſt, modus, iſte eſt, vt eam recitans homo, Deus S. Mariæ quas fecit gratias attentè meditatus, cum amore petat &c. Prima Oratio Dominicalis recitata poſtquam eſt, hæc verba dicuntur: O æterne Deus meus & infinitè potens Pater, ex animo & corde gaudeo, & dilecta filia-tua quæ eſt, S. Mariæ quas feciſti ob gratias, magnificentiæ & potentiæ tuæ infinitas gratias ago: & à te peto ò Domine-mi, vt illius ſeruum-eius eſſe, vſque dum moriar, mihi gratiam largiaris tu. Pater &c. ſequitur Oratio Dominicalis Arabicè. *Huius Orationis declaratio-eius, iſta eſt: O noſtrum Pater noſter, qui in cœlo es, tui nomen-tuum ſanctum ſit: regnum tuum apertè veniat: voluntas-tua in cœlo qualiter adimpleta ſit, taliter in terra etiam fiat: nobis ſufficientem, & de die in diem quem das, panem-noſtrum hodie ne-neges. Et noſtrum ius, & erratum committentibus, veniam quam facimus, ſupra tu etiam peccata noſtra veniam-fac. Et nos tentationi non-incurrere-faciens, Diaboli à malitia liberos fac. Amen. &c.*

Aduerte hìc حضرت atque alias dictiones, non iuxta germanam Arabum aut Turcarum ſignificationem, Latinè à nobis expreſſas; quod ægrè fieret quidem, imò & perciperetur.

Suprema Authoris admonitio.

Candide Lector: quum poſtremæ huius Operis paginæ imprimerentur, iamiam diſceſſuro, mihi ex Decreto S. Congregationis de Propaganda fide, ab Illuſtriſſimo Domino D. Franciſco Ingoli Secretario, commiſſum fuit, vt linguæ Turcicæ Grammaticen recognoſcerem, ab Illuſtriſſ. Domino D. Petro della-Valle, Hetruſco idiomate, non minùs eleganter, quàm accuratè conſcriptam. Ego ſtatim vniuerſum opus euolui facillima methodo, multaque eruditione digeſtum; nec modo ſummis, quibus par fuit, laudibus approbaui: ſed pro certo pollicitus, Apoſtolicis Viris ad propagandam fidem proficiſcentibus, màximo leuamini atque emolumento futurum; etiam atque etiam flagitaui, vt tuo bono celeriter prælo committeretur. Gratulor tibi Lector: & ego quidem mirificè gaudeo, te forte habiturum, à quo clariùs, imò & faciliùs docearis; à quo, vt in huiuſce operis veſtibulo fateor, olim ipſe inſtitutus ſum: præſertim quum & ſi diſpari methodo de eiſdem rebus differimus, parum tamen inter vtrumque opus interſit. Equidem ſi hoc ante opinatus eſſem, ne cum tanto Viro, impar ingenio, atque ineptus eloquio certarem, & à typis atque à calamo abſtinuiſſem. Tu tamen vtroque fruere; & quæ in hocce meo menda plurima deprehendes, ex altero politiori & concinniori hoc opere, liturabis. Vale.

LAVS DEO,

& IESV MARIÆ IOANNI.

VA1
151619